



Tomo Unico

N= #o 2-1:2

X1853

METHODVS CAPITVLORVM,



METHODVS CAPITVLORVM,

A C

SVBMETHODVS CONGREGATIONVM ORD. EREMITARVM D.AVGVSTINI,

S I V E

PRAXIS VNIVERSALIS DE GESTIS CAPITVLARIBVS AVGVSTINIANIS.

Compendiosè distributa,

IN SPECIALES CONGRESSVS, ET PROPRIAS Actiones; Sed plenè cumulata

Sacris Ritibus, selectis Textibus, designatis Exemplaribus, præclaris Notationibus, Dubiorumquè Resolutionibus

Per Reuerendiss. P. Magistrum

F. PAVLVM LVCHINVM PISAVRENSEM,

Sanctæ Inquisitionis Romanæ Qualificatorem, Diuinæ Scripturæ in Alma Vniuersitate Interpretem, & præfati Ordinis Priorem olim Generalem.


Conuentus Carmelitarum Discalceatorum S. Mariæ de Victoria Romæ



R O M AE,

Ex Typographia Philippi Mariæ Mancini. M. DC. LXIV.

SVPERIORVM LICENTIA.



EMINENTISSIMO,

ET REVERENDISSIMO D.

CARD. PALLOTO,

Augustiniani Ordinis Protectori.



QVEM fœtum ingenij imperfectum, & affectum iam in prælo Pater Luchinus reliquerat, & morte sua posthumum fecerat, ille in sinum tuum confugit, Eminentissime Princeps, in quo & reperiat solatium, & præsidium. Nos certè qui eius nutricij sumus non potuimus ei meliorem, vel optare sortem, vel quærere. Saltem officio nostro non desumus, qui voluntatis

Authoris interpretes, vti fœtus curatores ſumus. Cogitaſſe illum dum in viuis erat de eo Eminentiæ Tuæ dedicando nobis omnino perſuaſum habemus, idque ab eo amicis ſignificatum ab ijſdem accepimus. Erat ille quippe Tibi & priuato, & publico nomine deuinctiſsimus. Priuato quia tu eum, Eminentiſsime Princeps, omni honorum quos ille quidem in Ordine Auguſtiniano geſsit ampliſsimos, genere decoraſti: donec auſpicijs tuis ad Generalatus faſtigium aſcendit. Publico quia & auſpicijs, & patrocinio tuo Auguſtinianus Ordo hic noſter magna tum virtutis, tum doctrinæ, tum exiſtimationis incrementa accepit, quæ extant, & eminent haud dubia commendatione nominis tui, cui ea omnia accepta referimus. Ideò P. Luchinus communis Familiæ noſtræ boni ſtudioſiſsimus quaſi ad ſe pertinerent, hæc beneficia tua commemorabat, & grato animo recolebat. Cumque aliqua ſignificatione animi ſui affectum prodere ſtatuiſſet, non potuit aptiorem exhibere, quam huiuſmodi Librum de methodo, & ordine Capitula celebrandi: in quibus enitet pru-

den-

dentia, & iudicium in eligendo eos qui ſint idonei ad munera Religionis obeunda. Ex electione quippe illorum qui Reipub. præſunt, eius vtilitas, & ſalus magna ex parte pendet. Hanc nos feliciſsimam, ex quo te, Eminentiſsime Princeps Protectorem habemus, ſumus & nacti, & experti, cui tu ſic inuigilas, vt nulli labori parcas, omnes animi neruos intendas ad eas eligendas perſonas quæ poſsint ordinem, & promouere, & exornare. Hinc ſumma in comitijs noſtris pax & tranquillitas, poſt ea ſuperiorum inter ſe concordia, & cum ſubditis conſenſio nullo diſsidio, nulla offenſione, magna obſeruantia, ſingulari voluptate. Nemo eſt quin te amet, quin veneretur, quin colat, & authorem tanti beneficij te recognoſcat. Quod ſi nos poſſemus eximias tuas quibus es præditus virtutes imitari perfectiſsimam Sacræ Reipub. formam exhiberemus. Optandum id eſt magis quam ſperandum, cum illæ tam in excelſo ſint poſitæ faſtigio, vt vix ad illud poſsimus aſcendere. Itaque eas admiratione proſequimur, dum imitari conamur. Id communia omnium vota deſiderant, vt

quam

quam diutiſsimè viuas, ſiſque maximè fortunatus, & ſoſpes, vt Religio noſtra in dies magis creſcat, ac floreat, quod ſæpè Luchinus noſter inculcabat, cùm te viuo dicebat Ordinem Auguſtinianum mirè ſum ſeruatum, tum confirmatum, tum illuſtratum iri: cuius, & voti, & laudis Conuentum hunc tuum Piſaurenſem hæredem reliquit. Accipe igitur, Eminentiſsime Princeps, viri tibi addictiſsimi fœtum litterarium, & protege Parente orbatum, ſed optimo Patrono donatum, quem nos eiuſdem filij, ac Eminentiæ tuæ ſerui clientelæ nomine offerimus, & quo cum ſtudia officia omnia exhibemus. Valeat Eminentia Tua ad Eccleſiæ, ac Ordinis noſtri ornamentum.

Eminentiæ Veſtræ Serui humillimi

Prior, & PP. Conuentus S. Auguſtini de Piſauro.

L E-

Lectori beneuolo.



IBRVM iſtum de METHODO, & SVBMETHODO CAPITVLORVM inchoarat author affecta iam valitudine, quæ eum cito deſtituit, & conatum interrupit. Statuerat quippe augere, & illuſtrare notis idoneis, aptiſque commentarijs, mecumque id communicarat. Laudaui opus, & inſtitutum. Commendauit mihi recognitionem operis Typis mandati. Geſſi morem pro eo ac debui; Sed mortis eius interuentu opus reſtitit. Data eſt tamen opera ne periret. Quicquid erat in aduerſarijs collectum, & impreſſum damus. Tu æqui bonique conſule. Paucas conciunculas addidimus ex ijs, quas ille meditabatur ad ſingulas actiones proponere in ſpecimen, & exemplum. Notarum nihil erat, quod afferri poſſet. Breuius fuit opus, quàm oportuit, ſed morti culpa imputanda. Tu hoc fruere & vale.

Appro-

Approbatio R. P. F. Francisci Antonij Romani Sacræ Theologiæ Lectoris Generalis.

IVssu Reuerendissimi Patris Hyacinthi Libelli Sac. Apostolici Palatij P. Magistri ego infrascriptus attentè perlegi opus, cui titulus est METHODVS CAPITVLORVM &c. Auctore Patre Paulo Luchino Ord. Eremitarum D. Augustini ex Priore Generali; in quo nihil reperi fidei orthodoxæ, sacris Canonibus, bonis moribus, aut Ecclesiæ S. Ritibus dissonum; vnde opus luce publica dignum existimo. In quorum fidem præsentibus propria manu subscripsi. Dat. in Conuentu S. Francisci Transtyberim die 16. Septembris 1663.

Ita censeo ego F. Franciscus Antonius Romanus Sac. Theol. Lector Generalis.

FA-

FACVLTAS

Reuerendissimi Patris Generalis.

Magister F. Petrus Lanfranconius Anconitanus totius Ord Eremitarum S. Augustini Generalis &c. Ind. Dilecto nobis in Christo P. M. F. Paulo Luchino Pisaurensi eiusdem Ordinis nostri, S. Inquisitionis Romanæ Qualificatori, Diuinæ Scripturæ in Alma Vniuersitate Interpreti, & præfati Ordinis Priori olim Generali salutem in Domino.

OPus quoddam, cui titulus est METHODVS CAPITVLORVM &c. à te compositum, & elaboratum harum vigore facultatem tibi facimus, quatenus illud cum benedictione Dei Typis mandare possis ad vtilitatem Ord. nostri, seruatis in reliquo sanctionibus Apostolicis, eiusdemque Ord. nostri Constitutionibus. Vale. Dat. Venetijs die 6. Octobris 1663.

Mag. F. Petrus Lanfranconius Anconitanus Generalis.

Impri-

Imprimatur.

Si videbitur Reuerendiss. P. Mag. Sac. Pal. Apost.

O. Archiep. Patrac. Vicesg.



Imprimatur,

Fr. Hyacinthus Libellus Sac. Pal. Apost. P. Magist. Ord. Præd.

METHO-

METHODVS
CAPITVLORVM,
ET
SVBMETHODVS
CONGREGATIONVM,
Generalium, Prouincialium, Conuentualium,
Ord. Eremit. Diui Augustini.

ARGVMENTVM.

INter Capitula Religionis nostræ (quod clarius explicabitur in Notationibus) alia vti maiora, seu principaliora, simpliciter talia dicuntur; & hæc vel Generalia, vel Prouincialia, vel Conuentualia sunt: alia verò longè minora, & quasi subalterna, diminutim Congregationes vocari solent; quæ item respectiuè sunt aut Generales, aut Prouinciales, aut Conuentuales. Tam ergò illorum methodica, quam istarum submethodica praxis breuiter in primis, ac ordinatè tradenda est.



ME-

METHODVS
CAPITVLI
GENERALIS.

REgulatus in hac procedendi modus iuxta Conſt. Ord.par.3.cap.3. ſanè quidem exigit, vt præparationis gratia ante peculiares Congreſſuum Actiones præponantur aliæ vniuerſaliores, non incongruenter nuncupatæ

ACTIONES
PRAEVIAE.

De neceſſarÿs præordinationibus ad Capituli celebrationem.



RIORIS Generalis intereſt, ſex Menſibus ſaltem ante Capitulum, niſi prius id fieri opportunum exiſtimauerit, omnes Prouincias (quarum vocabulo ſimul veniunt reformatæ Congregationes Ordinis noſtri, ſicut harum etiam Vicarij Generales nomine Pronincialis ſubintelliguntur) ſuis litteris monere de loco, & tempore, quo illud celebrabitur; addito quoque præcepto de ſingulis ad Prouinciales, Definitores, Diſcretos, Priores Conuen- Act.1.

tuum Generalium, Regentes Studiorum, aliosque Fratres ob eam causam respectiuè spectantibus, vt in Exemplar. Capit. Gener. pro Act.1.præu. Exemp.1.& 2. Vbi etiam formulæ assignantur litterarum, quæ à dictis Prouincialibus, Definitoribus, Discretis, & Prioribus deferendæ sunt, videlicet Exemp.3.4.5.6.7.& 8. Sed inter cetera speciatim mandabit consuetas preces in omnibus Conuentibus totius Religionis tempore Capituli Deo fundendas, quæ habentur præscriptæ in Ritibus ipsarum Precum simplic. Capitular. Rit.1.

Act.2. Præterea destinabit Prior Generalis celebriores Prædicatores, qui à tertia Dominica post Pascham Resurrectionis vsquè ad finem Capituli singulis diebus festiuis, & à festo Ascensionis Domini vsquè ad Pentecostem etiam diebus ferialibus (exceptis sexta, & sabbato immediatè ante ipsam Pentecostem, cùm sermones pro Defunctis, ac Electionibus faciendi sunt) in Ecclesia Conuentus Capitularis tum piè, tum ornatè populo concionentur.

Act 3. Præmonebit etiam priuatim solitos Magistros Regentes, siue primarios Theologiæ Lectores, qui vna cum Magistris studentium, vel aptioribus, siue magis doctis, sub tutela alicuius sapientissimi Præsidis ex more specialiter deputati selectas Conclusiones Theologicas singulis diebus, cùm de mane prædicatur, & alijs etiam iuxta numerum Studiorum, post Vesperas strenuè tueantur.

Act.4. Non solum pro duobus insinuatis sermonibus, videlicet Defunctorum, ac Electionum, sed etiam pro tertio sub fine Capituli recitando in viuorum commendationem, atque gratiarum actionem, deputabit tres Patres Rethorica pollentes, qui eosdem sermones respectiuè habeant.

Item

Item de consilio Patris Prouincialis, ac Prioris localis, vbi fiet Capitulum, designabit sub beneplacito futuri Præsidentis sex discretos Patres in Correctores, siue Rectores ipsius Capituli; quorum duo cum adiunctis sibi Ministris inseruiant cultui diuino in singulis ad eum pertinentibus, assistendo etiam vti cœremoniarum Magistri omnibus sacris functionibus; & alij quatuor incumbant rebus domesticis, parando necessaria ad victum; Patribus Vocalibus, & ceteris fratribus aduenientibus charitatiuè prouidendo; mensæ Lectores disponendo; & reliquos seruitores, siue famulos Conuersos, atquè laicos, tum pro ipsa mensa, tum pro alijs ministerijs destinando. Act. 5.

Eisdem Prouinciali, Priori locali, ac Rectoribus speciatim mandabit respectiuè sequentia. Videlicet primo vt expensæ pro cibo, & potu non sint immoderatæ, sed tales ad summum, quales diebus festiuis solemnioribus inter nos fieri solent. Secundo, vt Cellæ Patrum Vocalium non sæculari more, sed tantum religiosè, ac honestè perpoliantur, sicut decet Pauperes Christi. Tertio vt à festo Ascensionis Domini vsquè ad finem Capituli Ecclesia cum Altaribus extraordinario apparatu retineatur ornata, nec non singulis diebus, vel saltem principalioribus ad Missam cantatam, & ad Vesperas non vulgaris adhibeatur musica, quoad fieri poterit. Act. 6.

Tandem, & si Constitutiones Ordinis id minimè præcipiant, nihilominus ad tollendas confusiones quandoque oriri solitas, nimis videtur necessarium, vt præter supradictos sex Rectores, sub eodem beneplacito Præsidentis alium specialem instituat assumendum ex Definitoribus, qui signanter intra Capituli locum, atque Definitorium omnibus, & singulis proprijs Act. 7.

prijs

prijs Capitularibus gestis sedulus adsit moderator, illa ritè, ac rectè dirigens; & ordinans secundum formam præscriptam.

Act.8. De ijs autem, quæ peragenda sunt extra secretos Congressus, antequam publicę functiones incipiantur, Tabulam vniuersalem faciendam curet iuxta designationem in Exemplar. Capitul. Gener. pro Act. 8. præu. Exemp.9. quæ in loco patenti affixa videri ab omnibus possit, & respectiuè ab illis, ad quos spectabit, prorsus obseruari debeat.

ACTIONES
PRIMI
CONGRESSVS

De solemni Missa, & alijs priuatis celebrandis pro felici exordio Capituli.

Act.1. FERIA quinta immediatè ante Dominicam Pentecostes omnes Patres Vocales, præmoniti à Ministris coadiutoribus, mane ad impetrandum Dei auxilium celebrabunt Missam de Spiritu Sancto.

Act.2. Qui autem legitimè impediti celebrare non potuerint, ad signum Campanulæ Claustri in Ecclesia conuenientes, vel in Choro adstantes, deuotè intersint solemniori Missæ, quam item de Spiritu Sancto cum Gloria, & Credo, ac duabus Collectis, vna B.V. Mariæ, & altera D.P. Augustini, (primo ex Rectoribus diuini cultus assi-

assistente) cantabit Prior Generalis, siue alius de ipsius mandato.

ACTIONES
SECVNDI
CONGRESSVS

De receptione Præsidentis, ac eius possessione.

EADEM feria quinta, sicut vsu receptum est in duobus postremis Capitulis Generalibus de An. 1655. & 1661. per specialem dictum Rectorem Capitularium gestorum decenter aptato Capituli celebrandi loco, in quo existat Altare, vel sacra Imago, cum scamnis oblongis hinc inde per totum circuitum extensis, vna sedes honesta in capite tituli super gradus aliquos substrato tapete collocata, & altera nobilior clam retrò posita: Vesperis decantatis ad iussum Prioris Generalis ter pulsanda est intra spatium dimidiæ horæ, vel etiam minus, cum debito interuallo Campanula Claustri, & immediatè post quamcumque illius pulsationem Campana minor Campanilis pulsetur, ac vltimo dato signo Patres omnes Vocales præparatum Capituli locum adeant, ibique Cruci prius, vel Imagini caput inclinantes, vadant ad sedendum in scamnis ex vtraque parte, sed inter se ita ordinati, vt digniores, seu ratione officij maiores appropinquent magis Priori Generali sedenti supra expositam prædictam sedem. Act. 1.

Ab-

Ani-mad-uer-sio. Absente verò propter aliquod impedimentum, siue aliam causam Priore Generali, quid, & quomodo tum hic, tum alibi sit agendum, respectiuè dicetur in proprijs Notationibus.

Act.2. Mox surgat Prior Generalis, simul etiam consurgentibus alijs, & signo Crucis se muniens, vnà cum illis recitando dicat preces designatas in Ritibus ipsarum Precum simplic. Capitular. Rit.3. Et iterum consedentibus omnibus, Prior Generalis consimilem adhibeat sermonem, vt in Exemplar.Capit. Gener. pro Act. præsen. Exemp. 10. & in fine iubebit legi Textus Capit. Gener. pro Act. item præsen, à Tex.1. ad 4.

Ani-mad-uer-sio Illos autem nunc, & inposterum leget Secretarius Ordinis, si fuerit ex numero Vocalium, nec non etiam Capituli Acta notabit, in quibus ipse aderit; sin minus, vtrumquè officium in præsenti exercebit Capitularium gestorum Rector, & in futurum, vel idem Rector, vel alius, quem ex dicto numero Vocalium Præsidens elegerit.

Act.3. Completa huiusmodi lectura, Prior Generalis subdat: *Iuxta ergò tenorem Constitutionum, omnibus vobis, & singulis præcipimus in virtute sanctæ obedientiæ, vt si quis vestrum habet litteras Sanctiss. D.N. Papæ ad hoc Capitulum directas, protinus illas ostendat, & legendas consignet*. Tale autem præceptum (si illicò litteræ non ostendantur) paruo interuallo temporis decurrente, alijs duabus vicibus repetatur, & tertia vice addatur pœna excommunicationis. Litteræ verò præsentatæ reuerenter à Priore Generali suscipiantur, & statim publicè legantur, eisque lectis quoad omnia prorsus obtemperetur.

Act.4. Si quis ergò virtute illarum constitutus sit Capituli Præsidens, hic sine vlla contradictione acceptari, & cum

tan-

tanta auctoritate, quantam ei Summus Pontifex tribuerit, à cunctis recognosci debebit. In primis autem surgat Prior Generalis, simul alijs consurgentibus, & obedientiæ impartiendæ gratia illum veneratus deducat ad sedendum in sede nobiliori super gradus præfatos tunc reposita, & sedenti genuflexus manum deosculetur, ac deinde in propria sede super eosdem gradus ad sinistram retracta sedeat.

Verum si Præsidens fuerit Cardinalis, siue Legatus, vel Nuncius Apostolicus, vel alter Prælatus consimilis, tunc Priori Generali sedendum erit inferius à dextris subter dictos gradus. Et quia de more semper talis esse consueuit; propterea in sequentibus reliquis confessionibus non aliter dispositum reperietur. Sed nihilominus si vnà cum Præsidente aliquis forsan ipsius adsit Substitutus, qui Episcopali, vel maiori dignitate sit præditus, eo casu iste subter à dextris sedebit, & Prior Generalis in pari loco à sinistris. Animaduersio.

Post ipsum autem Priorem Generalem ceteri omnes ad eumdem Præsidentem successiuè cum ordine debito accedentes, genuflectant ante illum, & deosculata eius manu reuertantur ad sua loca, vbi stent erecti. Act.5.

Quid verò faciendum sit, dato casu, quod huiusmodi litteræ Pontificiæ non præsententur, vel in eis præsentatis non contineatur institutio Præsidentis, expresse habebitur in Notationibus. Animaduersio.

Præstita obedientia, surgat Præsidens, consurgente simul Priore Generali, & signo Crucis se muniat, dicens. Act.6.
℣. *Adiutorium nostrum in nomine Domini*. ℟. *Qui fecit Cælum, & terram*. ℣. *Benedicite*. ℟. *Deus*. Benedictio. †. *Dominus vos benedicat, & ab omni malo defendat, & ad vitam perducat æternam, & fidelium animæ per misericordiam Dei requiescant in pace*. ℟. *Amen*. Et seden-

tibus omnibus, Præsidens breuem habeat sermonem, iuxta rei exigentiam, vel alteri nomine suo habendum committat, vt in Exemplar. Capit. Gener. pro Act. præsen.Exemp.11. Quod etiam in cęteris à se quandocumque pronunciandis verbis (præter sacras preces, absolutiones, & confirmationes) respectiuè ad sui beneplacitum facere poterit. In fine autem ipsius Sermonis mandabit legi Textus Capit. Gener. pro Act. item præsen. à Tex.4. ad 8.

Act.7. His lectis, Præsidens requirat consilium grauiorum Patrum, & speciatim Prouincialis illius Prouinciæ, in qua fit Capitulum, de seligendo duos Priores ipsius Capituli. Quibus iam selectis, ad se vocatis, & coram se genuflexis dicat: *Ego Præsidens huius Capituli auctoritate Apostolica, qua fungor in hac parte, deputo, constituo, & facio vos Priores eiusdem Capituli; dans vobis omnem facultatem, & potestatem, quibus ceteri Priores Capitulorum Generalium potiri consueuerunt. †. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Amen.* Vel aliter, vt in Exemplar. Capit. Gener. pro Act. præsen.Exemp.12. Illi verò deosculata ipsius manu redeant ad sedendũ in suis locis.

Consultis etiam ijsdem Patribus, eligat tres Iudices Act.8. Causarum, & istis pariter coram se genuflectentibus dicat: *Auctoritate Apostolica, qua fungor in hac parte, deputo, constituo, & facio vos Iudices causarum in præsenti Capitulo; dans vobis omnem facultatem, & potestatem, quibus cęteri Iudices causarum in alijs Capitulis Generalibus potiri consueuerunt. † In nomine* Patris, *&c.* Vel aliter, vt in Exẽplar. Cap. Gener. pro Act.præsen. Exemp. 13. Qui deosculata &c.

De consilio item eorumdem Patrum electis tribus Act.9. Examinatoribus litterarum testimonialium, & coram se genuflexis dicet: *Auctoritate Apostolica, qua fungor in hac parte, deputo, constituo, & facio vos Examinatores littera-*

rum

rum testimonialium in hoc Capitulo; dans vobis omnem facultatem, & potestatem, quibus cęteri Examinatores litterarum huiusmodi testimonialium in alijs Capitulis Generalibus potiri consueuerunt. † *In nomine Patris, &c.* Vel aliter, vt in Exemplar. Capit. Gener. pro Act. præsen. Exemp. 14. Qui deosculata &c.

Postea vocari faciat Præsidens illos septem Patres sub beneplacito suo respectiuè in Capituli Rectores iam designatos à Priore Generali, vt dictum est in Actionibus præuijs, scil. Act. 5. & 7. eosque coram se genuflexos confirmans, dicat: *Et ego auctoritate Apostolica, qua fungor in hac parte, confirmo vos in Rectores huius Capituli; dans vobis respectiuè omnem facultatem, quam ceteri Rectores in alijs Capitulis Generalibus habere consueuerunt.* † *In nomine, &c.* Vel aliter, vt in Exemplar. Capit. Gener. pro Act. præsen. Exemp. 15. Qui deosculata eius manu, surgentes aduocabunt Ministros Coadiutores, & seruos, ac famulos Conuersos, siue Laicos à se respectiuè in suis Ministerijs constitutos, & ad ipsum Præsidentem deducent, vt genuflexi ab eo benedictionem recipiant; & hac recepta, simul inde recedent ad sua loca. Act. 10

Deinde Præsidens iubeat publicari sequens Monitorium, videlicet. *Iuxta præscriptum in Constitutionibus Ordinis, si qui habent controuersias, & lites, quæ aliàs tum per Priores Prouinciales, tum per Capitula Prouincialia definiri nequiuerint, eas ad Iudices causarum Generalis huius Capituli quàm citius deducant, vt definitiuè terminentur, sublata omni appellatione post dimissum hoc idem Capitulum. Pariter Definitores, ac Discreti Prouinciarum die crastina de mane Patribus Examinatoribus præsentent suas litteras testimoniales, vt per eos approbentur. Item si quis nouit causam, propter quam aliquis vocem actiuam, vel passiuam habere non debeat in hoc Capitulo, deferat illam intra* Act. 11

terminum eiuſdem diei craſtinæ ad ipſoſmet Patres Examinatores: aliter enim ſine vitio pertranſibunt omnes electiones; nec poſtquam die Sabbati proximè futuri electio Prioris Generalis incepta fuerit, alicuius ſuper hac re proclamatio admittetur. Præterea duobus ſpeciatim huius Capituli Prioribus, ad quos in ſolidum præeſſe Choro, Eccleſiæ, Sacriſtiæ, ac Menſis ſpectat, ne dum Rectores eiuſdem Capituli reſpectiuè in ſuis obeundis muneribus pareant, ſed etiam Vocales cuncti debitam exhibeant obedientiam; & præſertim durante Capitulo nullus ſino alterius eorum licentia à Conuentu egrediatnr. Intra verò Conuentum omnes ſolliciti Chorum adeant; Diuinum Officium grauiter ac deuotè recitent; Sacrificium Miſſæ cum conſcientia pura ſingulis diebus offerant; ſed præcipuè futuro proximo die Sabbati Miſſam de Spiritu Sancto cum feruore maximo celebrent, vel ſi propter anguſtiam temporis fortè aliquis celebrare nequiuerit, Sacram Euchariſtiam in Miſſa ſolemni de ipſo Spiritu Sancto recipiat. Quæ item Miſſa deinceps per Octauam Pentecoſtes vſque ad finem Capituli cum alterna Rectorum diuini cultus aſſiſtentia quotidie cantabitur. Pro executione autem non ſolum prædictorum, ſed etiam cæterorum, quæ agenda ſunt extra proprirm locum Capituli, vniuerſalis Tabula iam pridem ordinatè diſpoſita, & publicè affixa, prorſus à cunctis reſpectiuè ſeruari debebit.

Act.12 Subinde Præſidens conſimilibus vti poterit verbis, ſcil. *Vt ſingula ergò à nobis gerenda, emundatis conſcientijs, proſperè ſuccedant, & futurarum ſpeciatim electionum canonica impedimenta, ſi quæ pro humana fragilitate ſint contracta, omninò tollantur, generalem nunc faciamus abſolutionem, genuflexi humiliter dicentes*: Confiteor Deo omnipotenti &c. vt in Ritib. Precum ſimplic. Capitular. Rit.2.

Act 13 Terminata verò huiuſmodi abſolutione, & intimato vni-

vniuerſali altero quinto Congreſſu (quæ intimatio per Capitularium geſtorum Rectorem ſemper alicubi publicè facienda eſt ante futurum quemcumque immediatum congreſſum) dicat Præſidens. ℣. *Sit nomen Domini benedictum*. ℞. *Ex hoc nunc, & vſque in ſæculum*. Et ſtatim cuncti egrediantur de loco Capituli.

Animaduerſio.

CVm verò ad ipſum Præſidentem ſpectet omnibus communibus intereſſe Congreſſibus, ne ob frequentiam nimis grauetur, præſertim ſi Apoſtolica conſtitutus fuerit auctoritate, cui de more ſubſtituendi facultas concedi ſolet, pro illis ſaltem, vbi nulla ſit electio, neque auctoritas exercetur, vel ſemper poterit, vel ſæpius debebit ſubſtituere aliquem Religioſum, ſeu Prælatum ſibi bene viſum, quatenus tum illo, tnm illius ſubdelegato abſente, hos quandoque celebrari, ac propterea debito priuari honore, non oporteat; aut ſi perſonaliter ipſemet expectandus eſt, dilationem cum detrimento fortaſſe pati non contingat. Verum in eiſdem Congreſſibus non electiuis, nec auctoritatiuis, ſi tam Præſidentis, quam Subdelegati præſentia deſit, illo conſentiente Prior Generalis faciet, quod idem Præſidens facere deberet.

ACTIO-

ACTIONES TERTII CONGRESSVS

De munere obeundo à Iudicibus Causarum.

Act.1. FERIA sexta immediatè sequenti, mane diluculo tres Iudices causarum in Camera ad hunc effectum sibi destinata (ante cuius ianuam stabunt duo famuli custodes, ac eisdem Iudicibus seruientes) pulsata prius Campanula Claustri, alternatim recitabunt erecti absque cantu Psal. Versic. Respon. & Orat. quæ habentur in Ritib.Precum simplic.Capitular. Rit.4.

Act.2. Deinde ad Mensam considentes ibi paratam cum atramentario, cartha, & calamis, incipient audientiam pro litibus, & controuersijs Fratrum erga fratres, nec non sæcularium cum Fratribus, & sola inspecta rei veritate illas determinabunt.

Act.3. Eandem audientiam ne dum post meridiem, sed etiam alijs futuris diebus, si opus erit, continuare debebunt. Verum grauiores causas Definitorio relinquent, & leuiores tantum ipsi decidentes, præsertim ea, quæ pacis sunt, in omnes intendant.

Animaduersio. Decisiones autem omnes, sententias, & decreta iudicialiter à se promanata, in vno libello fideliter scribentes, sub fine propria manu affirmabunt.

ACTIO-

ACTIONES
QVARTI
CONGRESSVS

De Officio exercendo ab Examinatoribus litterarum testimonialium.

FERIA eadem sexta pariter de mane, ad signum eiusdem Campanulæ Claustri Patres Examinatores, separati à iudicibus causarum, in diuersa Camera, & à diuersis famulis custodita, sed consimili modo præparata, stantes erecti dicent Psal. Versic. Respon. & Orat. vt supra in Ritib. Precum simplic. Capitular. Rit.4. Act.1.

Post recitatas vero preces: Definitorum, atque Discretorum litteras testimoniales apertas ordinatim recognoscere incipientes (clausis relictis Definitorio præsentandis) diligenter considerabunt electionem de singulis factam, vt vel approbent, si legitimam, vel improbent, si deficientem in substantialibus reperiant. Act.2.

Item si supererit tempus, sin minus post meridiem, quascumque alias causas de habentibus, vel non habentibus vocem tum actiuam, tum passiuam, ad se deductas, iuxta Ordinis Constitutiones dirimere satagant. Act.3.

Deinde Catalogum omnium Patrum Vocalium, tempore debito recitandum in Capitulo, ita disponent. *Hi sunt illi Venerabiles Patres, qui vna cum N.* (proprios Act.4.

ex-

exprimendo titulos) *huius Capituli Præsidente Apostolico in electione noui Prioris Generalis habere debent vocem actiuam; scil. Reuerendissimus Pater N. Prior Generalis: Reuerendissimus Pater N. Generalis absolutus*, si adsit: *Adm. Reuerendus Pater N. Procurator Ordinis: Adm. Reuerendus Pater N. Assistens pro Italia. Adm. Reuerendus Pater N. Assistens &c.* Videl. pro alijs Nationibus iuxta prioritatem Magisterij, vel Professionis, illa deficiente. Post hos nominabunt eodem ordine absolutos olim Procuratorem Ordinis, & Assistentes, si pariter adsint. Mox subdent Prouinciarum, & Congregationum primo Definitores, secundo Priores Prouinciales, ac Vicarios Generales, & postremò Discretos, respectiuè omnes iuxta earumdem Prouinciarum, atque Congregationum seriem, quæ habetur in Constitutionibus Ordinis, incipiendo tamen ab illa Prouincia, vbi Capitulum celebratur, & omittendo quemcumque priuatum voce, si hoc fieri contingat.

Animaduersio. Verum, quia huiusmodi Catalogus recitari debet, quando actualis Prior Generalis iam renunciauerit officio suo, proinde tunc ille nominandus erit ante quemcumque Generalem absolutum, si adsit, sub titulo Prioris Generalis item absoluti. Præterea quidquid à se gestum, decisum, & dispositum fuerit, in particulari libello fideliter notantes, manu propria subscribent.

ACTIO-

ACTIONES QVINTI CONGRESSVS

De Oratione funebri, Vigilijs, Missa cantata, & Processione Defunctorum.

IPSAMET feria sexta, ex more iam firmato in duobus postremis Capitulis Generalibus, vt aliàs dictum est, Rectoribus Diuini cultus dirigentibus (quod in sacris ceremonijs extra Capituli locum semper ab ipsis præstabitur) manè in Ecclesia ex vtraque parte circa Pulpitum, siue Cathedram Oratoriam, pendente hinc panno aliquo nigro, præparentur scamna pro Fratribus, & in prospectu eiusdem Cathedræ sedes duæ, videl. altera pro Præsidente super gradus cum tapete, & altera pro Priore Generali subter à dextris. Act. 1.

Si autem ita collocetur situata huiusmodi Cathedra, vt tam ex sedibus Præsidentis super gradus maioris Altaris in medio, & Prioris Generalis subter à dextris, quã ex scamnis fratrum hinc inde circa ipsum Altare positis, facilè possit audiri Orator, id vtique melius dispositum censebitur. Animaduersio.

Post missam verò Conuentualem, quæ nimis præproperè sine cantu recitanda est, signo dato Campanulę tum Claustri, tum Campanilis, Religiosi omnes Vocales, & non Vocales in loco Capituli congregentur, inclinantes Cruci prius caput, & mox sedentes ibi se- Act 2.

cun-

cundum ordinem consuetum, sed ita tamen, vt Vocales præcedant non Vocales (quod vbicumque collegialiter in futurum conuenerint, semper obseruandum erit) necnon statim moniti à Præsidente, vel ab eius Substituto, vel his absentibus, à Priore Generali de peragendis tunc temporis, sicut in Exemplar. Capit. Gener. pro Act. præsen. Exemp. 16. inde bini, & bini à minoribus incipiendo, processionaliter vadant in Ecclesiam, præmissis Conuersis famulis viam parantibus (quod semper in quauis Processione futura seruabitur) ibique facta prius debita reuerentia maiori Altari, seu Ven. Sacramento, ante propria loca ex vtraque parte sibi præparata stent erecti.

Act. 3. Deinde, cum ipse Præsidens dixerit. ℣. *Benedicite*: alijque ℟. *Deus*: Tunc perbreuis habeatur sermo fratrum Defunctorum, in quo præter numerum eorum collectiuè, ac summatim relatum, fiat in particulari mentio aliquorum grauiorum Patrum, atque insignium Dominorum Ordinis nostri Benefactorum, qui sexennio immediatè præterito iuxta notam cuiuslibet Prouinciæ mortui sunt, vt in Exemplar. Capit. Gener. pro Act. præsen. Exemp. 17.

Act. 4. Sermone completo, Præsidens ita dicere poterit. *Ne igitur fraternæ charitati deesse videamur, pro Defunctis, omnibus iam expressè nominatis, & alijs meritò nominandis, modo Chorum adeuntes, communia suffragia peragere satagamus*. Vel aliter pro sui beneplacito. Tuncque omnes surgentes, bini, & bini facta debita reuerentia ordinatè Chorum ingrediantur ad recitandas Vigilias cum laudibus Defunctorum, ac postmodum missam immediatè cantandam pro ipsis mortuis Fratribus, Sororibus, Confratribus, Familiaribus, Propinquis, & Benefactoribus, vt in primo Anniuersario Ordinis nostri.

In

In Missa, ne dum super Altare lugubri apparatu ornatum, sed etiam circa Tumulum ligneum in medio Ecclesiæ collocatum, & nigris pannis coopertum, accendantur plura cerea luminaria vsque ad finem processionis solemniter faciendæ post ipsam Missam, vt in Ritib. ipsarum Procef. Capitular. Rit. 5. Act. 5.

Terminata omninò ipsa Processione intra Sacristiam, Præsidens ita pronunciet: *Debitum reliquarum Missarum, ac Suffragiorum, quod tum pro Fratribus, & Sororibus, tum pro Confraternitatis litteras habentibus, & alijs omnibus Benefactoribus Ordinis nostri Defunctis persolui debebit, in fine Capituli reseruamus iniungendum, quando Benefactores viui recitabuntur, vt pro his cunctis integrè satisfaciamus*. Postea dicat ℣. *Sit nomen Domini benedictum*. ℟. *Ex hoc nunc, & vsque in sæculum*. Et tunc omnes inde recedant in Conuentum. Act. 6.

Animaduersio.

QVoniam iuxta Decretum Vrbani VIII. emanatum die 14. Aprilis 1633. Superiores Regulares sub pœna priuationis officij, & vocis actiuæ, ac passiuæ ipso facto incurrenda, tenentur in quouis Generali, & Prouinciali Capitulo, siue Capitulari Congressu admonere subditos de obseruantia Constitutionum Apostolicarum ad S. Inquisitionem pertinentium, ideo Præsidens iubere debet, vt præfatum Decretum cum dictis Constitutionibus, infra post Textus Constitut. Augustinen. immediatè relatum, quam citius publicè legatur: quod præsertim hac feria sexta in Prandio, vel hora pomeridiana congregatis Patribus in Capituli loco, vbi tunc temporis nihil agendum est, commodè fieri

posse, videtur; addita deinde statim monitione non solum de præmissis, sed etiam de alijs sanctionibus tum Apostolicis, tum Ordinis nostri, ad electiones Capitulares spectantibus, & maximè contra subornatores, & ambientes, vt in Exemplar. Capit. Gener. pro Animaduer. præsen. Exemp. 18. vel aliter iuxta rei exigentiam, atque prudens iudicium Prælati commonentis.

ACTIONES
SEXTI
CONGRESSVS

De noui Prioris Generalis electione, & confirmatione.

Act. 1. DIE futuro immediato Sabbati mane post cantatam Primam illicò solemnis celebretur Missa de Spiritu Sancto, cum Gloria, Credo, & duabus collectis, vt in die Iouis proximè præterito; quam Missam vel Præsidens, vel eius Substitutus cantabit.

Act. 2. Deinde statim iuxta formã præscriptam in Congres. 5. Act. 1. præparatis respectiuè in Templo consuetis scamnis, & duabus sedibus cum ipsa Cathedra Oratoria, ex qua pannus minimè obscurus pendeat, & de Præsidentis mandato pulsata vtraque Campanula, scil. Claustri, & Campanilis, Fratres omnes tam Vocales, quam non Vocales congregentur in loco Capituli; & facta prius solita monitione, vt in Exemplar. Capit. Gener. pro Act. præsen. Exemp. 19. inde vadant bini, & bini

pro-

processionaliter in Ecclesiam propè maius Altare, vbi ordinatè stent erecti secundum designatum modum in suprad.Congress.5. Act.2.


Mox ad nutum Præsidentis Cantores in medio Ecclesię intonabunt cum notis Hymnum; *Veni Creator Spiritus, &c.* genuflectentibus omnibus ad priores quatuor versus; qui deinde surgentes, ibique erecti permanentes, alternatim ex vtroque Choro totum Hymnum decantabunt, cum sequentibus Versic. Respon. & Orat. vt in Ritib. Precum simplic. Capitular. Rit. 5. Act.3.

Postea dicto per Præsidentem. ℣. *Benedicite*; & ℟ *Deus*; omnibusque consedentibus in præparatis scamnis, & sedibus, habebitur sermo generatim de nouis electionibus, vel de totius Religionis moderatione, aut reformatione, vt in Exemplar. Capit. Gener. pro Act. præsen. Exemp. 20. & 21. Act.4.

Interim autem in loco Capituli, præter scamna, & sedes præparentur duæ mensæ honestis pannis coopertæ, videl. vna parua non distans à scabello Præsidentis, & alia maior, siue oblonga proportionaliter ad longitudinem eiusdem Capituli; Vasculum in modum Vrnæ, & Catinus planus, decentis vtrumque materiei; tria, vel quatuor Atramentaria cum pluribus calamis, & tot schedulis, quæ numero Vocalium sufficiant, ac insuper vna Bussula cum duobus alijs Catinulis non omninò planis, & multis ballottulis tum albis, tum nigris in quantitate paribus, sed plusquam duplicitatis quoad ipsos Vocales. Act.5.

Completo sermone, Præsidens ita dicere poterit: *Vt ergo iuxta Oratoris affatum potissimam nobis incumbentem noui Prioris Generalis electionem quam citius persoluamus, ad Capituli locum nos redire nunc oportet*. Vel aliter, prout sibi placuerit. Tuncque bini, & bini proceden- Act.6.

tes,



tes, caput inclinent Cruci maioris Altaris, vel genufle-ctant, si Ven. Sacramentum in eo sit, atque cum silentio ingrediantur Capitulum, & Crucem ibi, aut Imaginem denuò salutantes, vadant iuxta morem consuetum ad sua loca, sed tamen stent erecti.

Animaduersio. Ante ianuam verò eiusdem Capituli remaneant saltem quatuor Conuersi famuli ad custodiam; quod pariter in omnibus futuris Congressibus, intra quemuis locum habendis semper obseruari debebit.

Act. 7. Præsidens autem statim præmisso sibi Crucis signo, dicat. ℣. *Adiutorium nostrum*, *&c.* ℟. *Qui fecit Cælum*, *&c.* ℣. *Benedicite*. ℟. *Deus*. Benedictio † *Dominus vos benedicat, & ab omni malo defendat, & ad vitam perducat æternam, & fidelium animæ per misericordiam Dei requiescant in pace*. ℟. *Amen*. Deinde omnibus sedentibus, idem Præsidens iam expletum insinuando Generalatus terminum, commendabit Prioris Generalis prudentiam in huiusmodi munere obeundo, si opportunum hoc iudicauerit, vt in Exemplar. Capit. Gener. pro Act. præsent. Exemp. 22. vel aliter iuxta sui placitum.

Act. 8. Ad hæc dicta surgat Prior Generalis, assurgentibus ei omnibus alijs, & ante Præsidentem genuflexus de publicis transgressionibus se accuset, sigillum ei consignet, officio renunciet, & absolui petat; idque simpliciter faciet, vel vt in Exemplar. Capit. Gener. pro Act. præsen. Esemp. 23. Tunc Præsidens respondeat. *Et ego auctoritate Apostolica, qua fungor in hac parte, accepto renunciationem tuam, & absoluo te ab officio Generalatus totius Ordinis Eremitarum S. Augustini* †. *In nomine Patris*, *&c.* Vel aliter, vt in dictis exemplar. loco præcit. exemp. 24. Cui Prior Generalis absolutus deosculata manu, surgens redeat ad sedendum in propria sede; & omnes item sedeant in proprijs locis.

Su-

Subinde iubeat Præsidens recitari nomina Patrum omnium Vocalium; qui ferre debent suffragium in hac electione. Et tunc alter ex Patribus Examinatoribus litterarum testimonialium surgens, ita pronunciet: *Hi sunt illi Venerabiles Patres, qui vna cum, &c.* vt in Congref.4.Act.4. Vnusquisque verò, dum se nominari audit, surgat dicens: *Adsum*, & iterum sedeat. Qui etiam mos semper obseruabitur, cum in alijs Congressibus futuris nomina Vocalium recitabuntur. His autem recitatis, Præsidens subdat. *Quot quot igitur nominati non fuerunt inter habentes vocem actiuam, de Capitulo egrediantur.* Cui mandato prorsus obediatur. Act.9.

Egressis non habentibus vocem actiuam, Præsidens pro instructione Patrum Vocalium mandabit legi Textus Capit.Gener. pro Act.præsen.à Tex.8. ad 11. Act.10

His lectis, Præsidens monebit ipsos Vocales de Scrutatoribus eligendis, sicut expedire nouerit, vel vt in Exemplar.Capit. General. pro Act. præsen. Exemp.25. In Scrutatores autem electionum omnium, sed præsertim noui Prioris Generalis proponat ex diuersis Vltramontanis Nationibus de Corpore Capituli tres fidos Patres, vid. alterum Gallum, alterum Germanum, vel Anglum, & alterum Hispanum, vel Lusitanum, sigillatim vnumquemque per ballottulas approbandum. Act.11

Hic sanè non prohibetur, quin simul de tribus propositis iuxta prælectas Ordinis Constitutiones possint viua voce per Præsidentem requiri à Vocalibus propria vota, & his omnibus, vel supra medietatem obtentis illi satis legitimè confirmari; sed nihilominus, cum agatur de re grauissima, quæ propter sibi consequenter annexa sæpius carere nequit aliqua suspicione: ideo ad hanc prorsus tollendam in pluribus Capitulis Generalibus magis consentaneum visum est, vt de singu- Animaduersio.

gu-

gulis eorum fieret ballotatio secundum modum præscriptum de Scrutatoribus Capituli Prouincialis.

Act.12 Collocetur ergo super mensam paruam in medio Bussula, & hic inde duo illi Catinuli, quorum vnus contineat ballottulas, & alius sit vacuus. Postea foras eo discedente, qui præcisè ballottandus est, ipsi Vocales separatim accedant, incipiendo à maioribus, & quilibet duas ballottulas ex priori Catinulo sumens, videl. albam pro voto affirmatiuo, & nigram pro negatiuo, abscondité vnam, vel alteram in dicta Bussula ponat.

Act.13 Hæc deinde coram Præsidente, atque Priore Generali, Procuratore Ordinis, & Assistentibus, in alio Catinulo reuersetur, & calculatis votis iuxta numerum Votantium, si ballottulæ albæ inueniantur superare nigras, qui fuit ballottatus, censebitur electus. Tunc ipso regrediente, pariformiter ballottetur secundus, & successiuè tertius. Si verò contingat, vnum, vel alterum, vel omnes tres propositos excludi, eo casu Præsidens alium, vel alios proponet, donec de tribus Scrutatoribus fuerit prouisum.

Act.14 Ballottatione fauorabili sequuta, Præsidens illos simul ad se vocatos, & coram se genuflexos, postquam iuramentum præstiterint fidelitatis, pectus tangendo secundum morem Sacerdotalem, confirmabit, dicens: *Et ego auctoritate Apostolica, qua fungor in hac parte, confirmo vos in Scrutatores præsentis Capituli; dans vobis omnem facultatem, quam cæteri Scrutatores in alijs Capitulis Generalibus habere consueuerunt.* †. *In nomine Patris, &c.* Vel aliter, vt in Exemplar. Capit. Gener. pro Act. præs. Exemp. 26. Illi verò deosculata eius manu redeant ad sedendum in suis locis.

Act.15 Deinde posset etiam Præsidens à cœteris Vocalibus exigere iuramentum de meliori eligendo in Priorem

Ge-

Generalem. At verò si hoc fieri opportunum non iudicet, saltem moneat ipsos Vocales de propria cuiuslibet obligatione in tam graui negotio, sicut necessarium cognouerit, vel vt in Exemplar. Capit. Gener. pro Act. præsen. Exemp. 27. & ad hunc finem nullatenus omittat preces dispositas in Ritib. ipsarum precum simplic. Capitular. Rit. 7.

Tunc Vocales iuxta ordinem, quo recitati fuerunt, diuisim accedant successiuè ad mensam longiorem, in qua sint Atramentaria, calami, & schedulæ, ibique cœteris nescijs scribat quilibet in vna ex schedulis nomen illius Patris, quem in Priorem Generalem eligit, hancque statim clausam deferens ad mensam paruiorem, in qua sit Vasculum, & Catinus, reponat in dicto Vasculo, & redeat ad suum locum. Act. 16

Cum autem omnes Vocales schedulas à se scriptas in præfato Vasculo iam posuerint, tunc Scrutatores se conferant simul ad mensam, vbi est ipsum Vasculum,& coram Præsidente (alijs prospicientibus, sed non discernentibus, nec audientibus) schedulas extrahentes ponant in Catino, illasque numerantes iuxta numerum Vocalium hinc reponant in eodem Vasculo. Deinde sigillatim eas iterum extrahant, secretò legant, & acuperforatas filo appendant, notantes vota, quæ in diuersos Patres conuenisse reperiunt, ac sub nomine cuiuslibet eorum in folio signantes, quot vni, & quot alteri data fuerint. Act. 17

Huiusmodi autem Nota signis expressa, licet facienda sit in linea oblonga, non tamen per alias lineas transuersales, sed per ordinales numeros, tali modo, 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. &c. Ita enim absque noua computatione,& sine periculo errandi statim innotescet, quòt suffragia vnus, & quot alter in sui fauorem habuerint. Animaduersio.

Act.18 Si ergo maior pars votorum supra medietatem in quempiam conuenisse inueniatur, schedulis prius combustis, procedatur ad publicationem, vt infra; sin minus aliter agendum est, vt in suis Notationibus dicetur.

Act.19 Ianua Capituli aperta, & pulsata Campanula Claustri (ad quod signum omnes etiam Campanæ pulsabuntur in Campanili, accendentur Candelæ in maiori Altari, ponentur ibi supra vltimum supremum gradum tres sedes, necnon præparabuntur Cruciferarius cum Cruce, & Ceroferarij cum Candelabris illuminatis propè ipsum Capitulum) atque conuenientibus alijs Fratribus etiam non Capitularibus ante dictam ianuam, antiquior Scrutatorum in altum conscendens intelligibili, & clara voce sic pronunciabit electionem, videl. *In nomine Domini nostri IESV Christi benedicti. Amen. Anno eiusdem millesimo.&c. die, &c. mensis, &c. Ego Frater N. primus Scrutatorum præsentis electionis Spiritus Sancti gratia inuocata, nomine meo, & nomine omnium, ad quos hæc spectat, eligo in Priorem Generalem totius nostræ Augustinianæ Religionis Adm.Reu.in Christo Patrem N. de N.*

Act.20 Hac pronunciatione facta, Præsidens exigere posset à Priori Generali electo genuflectente fidei professionem iuxta descriptum modum in exemplar. Capit. Gener.pro Act. præsen. Exemp. 28. Verum si talis mos non fuerit introductus, & ipse Præsidens illum non censuerit expedientem, omissa huiusmodi professione fidei, statim Cantores solemniter incipiant Hymnum: *Te Deum laudamus, &c.* quem cœteri prosequentur alternatim in cantu, & post Cruciferarium inter Ceroferarios moueatur Processio in Ecclesiam seruato vsque ad finem eiusdem Processionis totali ordine, ac forma, & cantatis omnibus precibus, ac orationibus propè Altare

maius,

mains,quę designantur in Ritib.Processf.Capitular.Rit.1.

Deinde, præuijs Altari debitis reuerentijs, Præsidens supremum gradum ipsius Altaris conscendens, super sedem in medio positā sedeat,& Priori Generali electo, ad se venienti, atque coram se genuflectēti consignet magnum sigillum totius Ordinis, consimilibus vtens verbis. *Accipe, Pater Adm. Reuerende, onus gubernandi totam Eremitanam Diui Augustini Religionem, non immeritò tibi commissum; & licet Angelicis humeris id videatur formidandum: confide tamen semper in Domino, qui tibi pro cunctis rebus agendis scientiam, prudentiam, iustitiam, & charitatem subministrabit.* Respondeat Prior Generalis electus: *Accipio, quod mihi exhibes totius Ordinis nostri sigillum; & quamquam inde mihi pondus impositum viribus meis longè sit impār: omnia nihilominus posse confidam in eo, qui me confortabit Christus.* Subdat Præsidens: *Et ego Dei auxilium non defuturum sperans, auctoritate Apostolica, qua fungor in hac parte, confirmo te in Priorem Generalem totius Ordinis Eremitarum Diui Augustini; dans tibi omnem facultatem, & potestatem in spiritualibus, ac temporalibus, quam cæteri Priores Generales eiusdem Ordinis habere consueuerunt. † In nomine Patris, &c.* Vel aliter, vt in exemplar.Capit.Gener. pro act. præsen. Exemp. 29. Act.11

Tunc pulsantibus Organis Præsidens erigi faciet Priorem confirmatum, illumque amplexans, post factam Altari debitam reuerentiam, collocet in sede à dextris posita, & vterque sedeat. Mox cum eadem solita reuerentia tum Altari, tum Præsidenti, ad ipsum Priorem Generalem confirmatum accedat Prior Generalis absolutus, & vno saltem genu inclinatus deosculetur illius manum, ac statim surgens vadat ad sedendum in alia sede à sinistris. Deinde cæteri Patres, ac Fratres, qui Act.12

processionaliter separati manebant in longitudine Templi, successiuè accedentes, non turmatim, sed ordine, quem inter se bini retinebant, à dignioribus incipiendo, & ambobus flexis genibus, in signum obedientiæ pariter eius manum deosculentur. Qua peracta deosculatione, Præsidens erectus dicat. ℣. *Sit nomen Domini benedictum*. ℟. *Ex hoc nunc, & vsque in sæculum*. Tuncque omnes Altari facta reuerentia debita, bini, & bini ab Ecclesia recedant in Conuentum.

ACTIONES

SEPTIMI

CONGRESSVS

De publica Processione facienda.

Act. 1. SI Capitulum Generale, vti pluribus ab hinc annis fieri solet, Romæ celebretur, eadem die Sabbati paulò ante horam, qua Vesperæ in Capella Pontificia cantantur, publica Processio ad ipsam Capellam habenda est. Vnde constitutis Ordinatoribus, qui cum modestia, & absque strepitu Fratres disponant, ac instruant, & ordinatè deducant, nec non dato signo Campanulæ tum Claustri, tum Campanilis, & congregatis omnibus ijsdem Fratribus etiam non Vocalibus in loco Capituli, vel in Choro, Prior Generalis electus (in absentia Præsidentis) illis formam Processionis indicabit, eosque hortabitur ad æqualiter, compositè, & honestè incedendum, vt in Exemplar. Capit. Gener. pro

Act.

Act. præfen. Exemp.30.

Deinde ftatim moueatur Proceffio à porta Capituli, vel Chori fecundum modum eundi, ftandi, & redeundi præfcriptum in Ritib. Procef. Capitular.Rit.2.

Si verò Capitulum extra Vrbem Romæ fiat, ipfamet die Sabbati poft Nonam, vel faltem poft Vefperas haberi poterit Congreffus octauus immediate cum fuis Actionibus infra pofitus, & publica Proceffio differetur in Dominicam Pentecoftes, aut in feriam fecundam, vel tertiam ipfius Pentecoftes, ficut expedire videbitur; pro qua prius impetrato confenfu Ordinarij loci, non folum defignanda eft via, per quam tranfiri, & Ecclefia, ad quam iri debet, fed etiam præter Ordinatores deftinandi funt plures Cantores, Sacerdos Miffam ibi folemniter celebraturus, Diaconus, ac Subdiaconus miniftrantes, & Concionator prędicaturus. Act.3.

Mane autem diluculo, vtraque Campanula pulfata, congregentur Fratres, vt fupra, & pręmiffa exhortatione facienda, item vt fupra, incipiatur, ac terminetur Proceffio cum reliquis omnibus annexis, vt in Ritib. Proceff. Capitular.Rit.3. Act.4.

COMMVNES

REGVLAE

In fingulis refpectiuè futuris Congreffibus Definitorij adimplenda.

1 SEquentes Congreffus, fub Definitorij titulo habendi determinatam diem, & horam fibi non præfigunt, fed ad beneplacitum Prędidentis iuxta-

tem-

temporis opportunitatem, atque diuersarum rerum tractandarum exigentiam dispositi, vel duo in vnum congeri, vel vnus in plures diuidi poterunt, dummodo tamen non semel, si fieri concessum est, quotidie habeantur, ita vt quibuscumque negotijs Capitularibus expeditè peractis, quam citius Fratres omnes ab ipso Capitulo prorsus licentientur, ne ingentes expensę cum graui detrimento Religionis propter negligentiam extraordinariè augeri, necesse sit.

2 Huiusmodi Congressus non fient in loco magno Capituli, sed in alio minori, & secreto, vbi reperiatur Altare, vel sacra Imago, cum scamnis oblongis hinc inde per totum circuitum extensis pro sessione Patrum Vocalium; tribus honestis sedibus in capite tituli positis, scil. altera super gradus aliquos tapete coopertos pro Præsidente; altera subter à dextris pro Priore Generali electo; & altera item subter à sinistris pro Priore Generali absoluto: nec non præterea sint duæ Mensæ cum Atramentarijs, calamis, schedulis, ballotulis, Catinis, Vasculo, & Bussula, secundum modum præscriptum in Congres.6. Act.5.

3 Ad eosdem Congressus non interuenient Discreti, neque Prouinciales, & Vicarij Generales, sed tantum Definitores cum Præsidente, Prioribus Generalibus tam electo, quam absolutis, & Procuratore Ordinis, simulque Assistentibus, tum actualibus, tum absolutis. Qui omnes de mane, antequam Definitorium adeant, Missam celebrabunt, vel saltem audient in loco ad id deputato, nisi forsan in Choro Missæ Conuentuali interesse debeant.

4 Præter designatos Vocales Definitorij, vt supra, nullus ibi manebit tempore ipsius Definitorij, nec etiam audientiæ causa quis ad eius ingressum admittetur, nisi

ob

ob negotia ad illud ſpectantia; pro quibus, & alijs occurrentibus quatuor Cuſtodes ante oſtium ſemper aſſiſtent.

5 In quouis Congreſſu, ad nutum Præſidentis habendo, ſignum detur Campanulæ Clauſtri, & ipſis Cuſtodibus aduocantibus præfati Vocales ſine mora Definitorium ingreſſi, poſt Crucem, ſiue Imaginem ſalutatam, vadant ad ſedendum in ſuis locis. Mox autem Præſidente genuflexo, ſimul omnes genuflectant, & illo ſine notis intonante Hymnum: *Veni Creator Spiritus &c.* alternatim eum proſequantur cum reliquis Verſic. Reſpon. & Orat. vt in Ritib. Precum ſimplic. Capitular. videlicet Rit. 5. pro Congreſſibus non electiuis; & Rit. 6. pro Congreſſibus electiuis.

6 Deinde ſurgant omnes, & ſtatim Præſidens ſibi facto ſigno Crucis dicat. ℣. *Adiutorium noſtrum in nomine Domini.* ℟. *Qui fecit Cælum, & terram.* ℣. *Benedicite.* ℟. *Deus † Dominus vos benedicat, & ab omni malo defendat, & ad vitam perducat æternam, & fidelium animæ per miſericordiam Dei requieſcant in pace.* ℟. *Amen.* Tuncque omnes iterum ſedentes, ad negotia tractanda deueniant.

7 Prædicta ergo cuncta, dirigente Capitularium geſtorum Rectore, generatim reſpectiuè obſeruari debebunt in ſingulis futuris Congreſſibus Definitorij; & in cuiuſlibet fine, poſt intimatum ſequentem tunc Congreſſum, ſemper dicetur à Præſidente. ℣. *Sit nomen Domini benedictum*; & à cęteris. ℟. *Ex hoc nunc, & vſque in ſæculum.*

ACTIO-

ACTIONES OCTAVI CONGRESSVS,

Et quoad Definitorium Primi.

De publicatione Secretarij ordinis, ac electione Procuratoris item Ordinis.

Act. 1. PRAEMISSIS, quæ sunt præmittenda, vt supra in Commun. Regulis,num.5. & 6. cum ad Priorem Generalem electum spectet prouisio de ipsius Scriba, seu Ordinis Secretario, vt dicetur in proprijs Notationibus, proinde idem Prior Generalis poterit hoc loco illum Præsidenti significare; qui mox toti Definitorio eumdem publicabit, & coram se vocatum, ac genuflexum confirmabit, dicens: *Et ego auctoritate Apostolica, qua fungor in hac parte, confirmo tui deputationem in Secretarium Ordinis; dans tibi omnem facultatem, quam cæteri Ordinis Secretarij habere consueuerunt.* †. *In nomine Patris, &c.* Vel aliter, vt in Exemplar. Capit. Generf. pro Act. præsen. Exemp. 31. Ipse verò deosculata Præsidentis manu, si de corpore Definitorij fuerit, ibi remanens publicè leget, quæcumque legenda sunt, & reliqua etiam Capituli acta notabit; sin minus, inde foras discedet, & vtrumque officium exercebit, vt alias dictum est, vel Rector Capitularium gestorum, vel alter,

tcr,

ter, quem Præsidens iam elegerit, aut eliget.

Deinde ad instructionem Vocalium pro electione mox facienda noui Procuratoris Ordinis mandabit Præsidens legi Textus Capit.Gener.pro Act. præsen. à Tex. 11.ad 13. Act. 2.

His lectis, immediatè surgat Procurator Ordinis, & ante Præsidentem genuflexus sigillum ipsi consignet, officio renunciet, & absolui postulet, accusans se de publicis transgressionibus in eo commissis: quod simplicibus verbis faciet, vel vt in Exemplar.Capit. Gener.pro Act.præsen exemp.32. Tunc Præsidens respondeat: *Et ego auctoritate Apostolica, qua fungor in hac parte, accepto renunciationem tuam, & absoluo te ab officio Procuratoris totius Ordinis Eremitarum S. Augustini.* † *In nomine Patris, &c.* Vel aliter, vt in Exemplar. loco præcit. Exem. 33. Cui Procurator Ordinis absolutus manu deosculata, se conferat ad sedendum post Assistentes actuales. Act. 3.

Subinde Præsidens facta monitione iuxta sui prudentiam, vel vt in Exemp. 34. Et nominante Priore Generali electo, proponat Vocalibus tres dignos Patres, vt ex illis per schedulas vnum eligant in Procuratorem Ordinis. Act. 4.

Qui nominati fuerint, statim egrediantur, si de corpore Definitorij existant. Verum eorum nomina mox notanda sunt in duobus, vel tribus semifolijs, & hæc reponenda super mensam longiorem, quatenus eò Vocales ad scribendum accedentes, facilius eligendorum reminisci, & quem voluerint, in schedulis ad libitum scribere possint. Interim autem, vt innotescat numerus Vocalium, & iuxta eum calculari queant suffragia, recitentur ipsorum series demptis Prouincialibus, Vicarijs Generalibus, & Discretis, sed addito nomine Prioris Generalis electi, atque post illum nominato Priore Ge- Act. 5.

E ne-

nerali abſoluto, & poſt Aſſiſtentes actuales, Procuratore Ordinis item abſoluto.

Act. 6. Recitatis Vocalibus, procedatur in eligendo nouo alio Procuratore Ordinis vſque ad publicationem excluſiuè ſecundum eandem omninò formam, qua proceſſum eſt ad electionem, & ſcrutiniũ Prioris Generalis in Congreſſ. 6. Act. 16. 17. & 18. mutato ſolum nomine ipſius Prioris Generalis in Procuratorem Ordinis, & tantum excepto, quod in præſenti non requiritur maior pars votorum, ſed in quem plura vota conuenerint, etſi non excedant medietatem, ille cenſetur electus Procurator Ordinis.

Act. 7. Sequuta igitur electione, primus Scrutatorum eam publicabit, dicens. *In nomine Domini noſtri IESV Chriſti benedicti. Amen. Ego Frater N. primus Scrutatorum præſentis electionis, nomine meo, & nomine omnium, ad quos hæc ſpectat, eligo in Procuratorem totius Ordinis noſtri* R.P. *Mag. Fratrem N.* Quem Præſidens ſtatim ad ſe vocatum, & coram ſe genuflexum, poſt ſigilli traditionem in eius manibus, confirmans dicat. *Et ego auctoritate Apoſtolica, qua fungor in hac parte, confirmo te in Procuratorem totius Ordinis Eremitarum S. Auguſtini; dans tibi omnem facultatem, & poteſtatem, quibus cæteri Procuratores eiuſdem Ordinis potiri conſueuerunt. † In nomine Patris &c.* Vel aliter, vt in Exemplar. Capit. Gener. pro Act. præſen. Exemp. 35. Ipſe autem deoſculata Præſidentis manu ad ſedendum ibit ante Aſſiſtentes actuales, & ita modo alias præſcripto Congreſſus terminabitur.

Ani-

Animaduerſio.

SI præcedens Congreſſus octauus ob Proceſſionem in Vigilia Pentecoſtes factam differatur in alium diem, & tunc ſuperſit tempus, continuari poterit cum nono ſequenti, omiſſis in fine illius, & in principio huius ſolitis Verſic. Reſponſ. & Precib. ſin minus, vtraque ſeparatim quàm citiùs habeatur.

ACTIONES
NONI
CONGRESSVS
Et quoad Definitorium ſecundi.

De Aſſiſtentium Electionibus.

PRæmittantur, quæ debent præmitti, atque ſtatim nulla facta per aſſiſtentes actuales renunciatione, Præſidens monebit Vocales de nouis, alijs eligendis, qui ex præſcripto Clementinæ Conſtitutionis reſpectiuè ſint nationales, in ſacra Theologia Magiſtri, ætatis quadraginta annorum, vitæque innocentia, rerum vſu, ac doctrina commendati; & adhibere poterit, ſi ita ſibi placuerit, verba deſignata in Exemplar. Capit. Gener. pro Act. præſen. Exemp. 36. in Act. 1.

ctiius fine veteres Assistentes simul ad se vocatos, & genuflexos à proprijs muneribus absoluens, dicat. *Et ego auctoritate Apostolica, qua fungor in hac parte, absoluo vos omnes, & singulos respectiuè à vestris officijs Assistentiæ.* †. *In nomine* Patris, *&c.* Qui deosculata Præsidentis manu reuertentur ad sedendum post Procuratorem Ordinis absolutum.

Act. 2. t Deinde autem pro Assistentia in primis Citramontana, seu Italiæ, nominante Priore Generali electo, Præsidens proponat tres Patres Italos, quorum vnus per Schedulas eligatur. His verò propositis quoad reliqua omnia vsque ad confirmationem exclusiuè procedatur ijsdem penitus modo, & forma, quibus processum est ad electionem, scrutinium, & publicationem Procuratoris totius Ordinis in Congress. 8. Act. 5. 6. & 7. mutato solum nomine ipsius Procuratoris in Assistentem Prouinciarum Italiæ, cum sublatione illius particulæ *totius*, & insuper cum exceptione, quod in præsenti necessariò exigitur maior pars votorum, nempè supra medietatem, vt declarabitur in suis Notationibus.

Animaduersio. Quid autem sit faciendum, si accidat, nullum ex tribus propositis habere maiorem votorum partem, dicetur in eiusdem Notationibus.

Act 3. Facta per Scrutatorem publicatione, Præsidens ad se vocatum assistentem electum, & coram se genuflexum confirmabit, dicens.: *Et ego auctoritate Apostolica, qua fungor in hac parte, confirmo te in Assistentem Prouinciarum Italiæ Ordinis Fremitarum S. Augustini; dans tibi omnem facultatem, quam cæteri Assistentes earumdem Prouinciarum Italiæ habere consueuerunt.* † *In nomine Patris, &c.* Vel aliter, vt in Exemplar. Capit. Gener. pro Act. præsen. Exemp. 37. Ipse verò deosculata Præsidentis manu, ibit ad sedendum immediatè post Procuratorem Ordinis electum.

Nouo

Nouo Assistente Italiæ confirmato, deueniendum est successiuè diuisim ad electiones cæterorum Assistentium, scilicet 1. Hispaniæ, 2. Galliæ, & 3. Germaniæ; sed tamen sine præiudicio eorum, qui eligentur, quoad locum præcedentiæ sibi competentem, videl. ratione antiquioris Magisterij, & hac deficiente conditione iuxta Professionis prioritatem. Omissa igitur sola recitatione Vocalium, in reliquis omnibus procedendum erit sine vlla differentia vsque ad confirmationem inclusiuè, sicut processum est in electione, scrutinio, publicatione, & confirmatione Assistentis Italiæ, mutato solum nomine in Assistentem Prouinciarum vel Hispaniæ, vel Galliæ, vel Germaniæ. Qui etiam singuli Assistentes Vltramontani, statim, atque separatim cõfirmati fuerint, deosculata Præsidentis manu, ibunt ad sedendum immediatè post ipsum Assistentem electum Italiæ; seruantes respectiuè inter se præcedendi ordinem, vti supra dictum est. Si verò Præsidens adhibere voluerit particulares formulas in eis confirmandis, hæ designantur in Exemplar. loco supracit. pro Act. præsen. Exemp. 38. 39. & 40. Act. 4.

Animaduersio.

ANte sequentem Congressum, in communi mensa prandij, aut cœnæ, vel alibi publicè iubeatur nomine Præsidentis, vt qui habent litteras Definitorio porrigendas, quam primum eas tradant Rectori Capitularium gestorum, vel alteri de corpore ipsius Definitorij, quem Præsidens destinauerit. Hic verò illas sibi consignatas reponat in sacculo, vt postea eidem Definitorio tempore debito præsentet.

ACTIO-

ACTIONES
DECIMI
CONGRESSVS
Et quoad Definitorium Tertij

De litteris perlegendis; Cancellarijs constituendis; Discretis audiendis; rationibus dati, & accepti examinandis; nec non decisionibus pro bono personarum, Conuentuum, & Prouinciarum faciendis.

Act. 1. PRæmissis alias præmittendis, mandabit Præsidens legi Textus Capit. Gener. pro Action. præsen. à Tex. 13. ad 18.

Act. 2. His lectis, Præsidens exigere poterit à Vocalibus iuramentum de obseruando secreto, si ita expedire iudicauerit, sin minus saltem præmoneat eos iuxta sui placitum, vt in Exemplar. Capit. Gener. pro Act. præsen. Exemp. 41.

Facta præmonitione, qui antea collegerat litteras Definitorio directas, easdem cunctas nedum Prouinciarum, & Conuentuum, sed etiam Fratrum, Monialium, & Secularium, tam clausas, quam patentes, coram omnibus videntibus, & accedentibus intelligibili voce legat: Secretarius autem electus Ordinis, si fuerit ex numero Vocalium; sin minus alter de Præsidentis mandato

Act. 3.

dato

datò petitiones in ſingulis contentas ſummariè notabit, videl. in vno quaterno publicas, & in alio priuatas; nec non alter ipſas litteras ſucceſsiuè lectas (quæ ad finem vſque Capituli ſeruandæ ſunt) diſtinctis filis colligabit, ſcil. vno illas, quæ à Secularibus, & alio eas, quæ à Prouincijs, Conuentibus, Fratribus, & Monialibus tranſmiſſæ fuerunt.

Poſtea conſtituant duos, vel tres fidos Definitorij Cancellarios, qui vna cum Secretario Ordinis electo non ſolum reſpondeant litteris, & maximè Principum, Prælatorum, ac nobilium Dominorum, quibus, quomodo, & quando Patres Definitorij reſpondendum mandauerint, ſed etiam alia, quæ iuxta opportunitatem notari, vel copiari, vel regiſtrari extra Definitorium neceſſe fuerit, cuſtodito ſecreto fideliter ſcribant. Litteræ autem reſponſiuæ ipſius Definitorij tum ſigillo Religionis, tum manu Præſidentis, vel Prioris Generalis electi communiantur. Act. 4.

Mox Diſcreti omnes ſecundum ordinem Prouinciarum, & Congregationũ ſucceſſiuè introducti diligenter audiantur ſuper poſtulationibus nedum publicis earum, atque Conuentuum, ſed etiam priuatis Fratrum, ſiue monialium, iuxta tamen litterarum tenorem, quas propria manu Auctorum ſubſcriptas Definitorium recepit: interrogatis pariter Definitoribus reſpectiuè dictarum Prouinciarum, & Congregationum ibi exiſtentibus; necnon, ſi opus eſt, intromiſſis, & auditis ipſis Prouincialibus, atque Vicarijs Generalibus, vt in ore duorum, vel trium ſtet omne verbum. Qui etiam Prouinciales, & Vicarij Generales vel per ſe, vel per ſuos Diſcretos præſentabunt Definitorio proprium Catalogum de Fratribus, Sororibus, Confratribus, & Benefactoribus, quem detulerunt, vel miſerunt. Si quid autem noui ex huiuſ- Act. 5.

modi

modi acceptis informationibus refultet, refpectiuè id notabitur in vno, vel in altero quaterno, vt fupra dictum eft.

Act.6. Deinde litteras rationum à Prioribus Conuentuum Generalium delatas quoad illorum ftatum, introitum, & exitum, fedulo confiderent, receptum, & datum calculent, atque fummas eorum fcribi faciant, vt hæ Priori Generali electo poftea tradantur, & opportuno tempore, quo vel ipfe, vel eius Vifitatores præfatos Conuentus vifitauerint, cum originalibus conferantur. Pro qua re iuxta exigentiam poterunt vocare dictos Priores ad informandum; quibus etiam fingulis reftituendæ funt litteræ fui Conuentus, ne fraudem aliquam moliri contingat.

Act.7. Subinde videantur rationes accepti, & expenfi toto fexennio per Priorem Generalem, ac Procuratorem Ordinis abfolutos, fcil. de pecunijs Aerarij publici, feu depofiti, vel cuiufuis extraordinariæ collectæ. Idem etiam præftandum eft de quibufcumque Collectis per fingulos Aififtentes item abfolutos ratione Officij exactis refpectiuè à fuis Prouincijs, & in proprios vfus iuxta qualitatem perfonæ conuerfis.

Act.8. Poft hæc de omnibus, & fingulis, quæ fuperius iam prælecta, reuifa, & prænotata refpectiuè fuerunt (præter definitiones pro tota Religione differendas in Congreffum duodecimum) quid refpondendum, concedendum, negandum, mandandum, ftatuendum, & ordinandum fit, tum quoad perfonas, tum quoad Conuentus, & Prouincias, matura deliberatione figillatim decidatur, ac determinetur, necnon fideli calamo item notetur. De ijs autem, quæ concernunt fpeciales perfonas, & propterea in manibus illarum confignandæ funt, per Secretarium Ordinis tempore opportuno co-

piæ

piæ autenticæ fient sigillo Religionis munitæ, vt postea cuilibet propria tradantur.

Animaduersiones.

BReuitatis gratia non erit incongruum, reuisiones accepti, & dati Conuentuum Generalium, Prioris Generalis, Procuratoris Ordinis, & Assistentium, multò antea committere Iudicibus causarum, vel Examinatoribus litterarum testimonialium, qui deinde hoc loco referant.

At nihilominus, si adhuc tempus non supersit, vt singula hic proposita omninò expediantur: quæ decidenda, seu definienda erant pro communi bono, tam ipsorum Conuentuum Generalium, quam Prouinciarum, in prædictum duodecimum Congressum differri poterunt.

Si Verò cuncta etiam ad Conuentus Generales, & ad Prouincias spectantia prorsus expedita fuerint, & non nisi fortasse pauca, vel parui momenti reliqua sint, quæ de concernentibus Religionem vniuersam perfici debent, hæc simul in præsenti cum quodam annexo non longioris tractatus eiusdem duodecimi Congressus determinanda curētur; & ita pro celeriori absolutione Capituli Congressus ipse duodecimus penitus omittetur.

ACTIONES
VNDECIMI
CONGRESSVS
Et quoad Definitorium Quarti.

De præcipuis electionibus Prouincialium pro Citramontanis Prouincijs, & Priorum pro Conuentibus Generalibus item Citramontanis.

Act.1. PRæmittantur, quæ sunt præmittenda, & statim Præsidens iubeat legi Textus Capit. Gener. pro Act. præsen. à Tex. 18. ad 22.

Act.2. His lectis, & nulla officiorum renunciatione, seu ab illis absolutione præposita, cum ad electiones omnium Prouincialium pro Italiæ Prouincijs, etiam non vacante Prouincialatu, & aliquorum Priorum pro Conuentibus Generalibus pariter Italiæ, vbi Prioratum vacare contingit, modò sit deueniendum, Præsidens exigere poterit à vocalibus iuramentum de melioribus eligendis, aut saltem de hoc eos monere debebit iuxta sui placitum, vel sicut in Exemplar. Capit. Gener. pro Act. præsen. Exemp. 42.

Act.3. Iuramento exibito, siue facta monitione, incipiendũ est ab ea Prouincia, vbi fit Capitulum, & deinde statim progrediendum ad reliquas iuxta illarum seriem in Constitut. Ordinis designatam. Pro vnaquaque autem, Priore

Priore Generali electo nominante, Præfidens Definitorio proponat tres Patres eiufdem Prouinciæ, fi fieri poteft, non habita ratione gradus, fed conditionis, quorum vnus per ballottulas eligatur in Prouincialem. Tunc his foras egredientibus, fi de corpore fint Definitorij, & recitatis Vocalium nominibus, vt in Congref. 8. Act.5. procedant ipfi Vocales fecundum recitationis ordinem ad ballottandum primo loco propofitum iuxta modũ ballottationis præfcriptũ inCongreff.6.Act.12.

Terminata ballottatione, fe conferant Scrutatores ad paruam menfam, vbi eft Buffula, & ballottulis intra dictam Buffulam exiftentibus in altero Catinulo reuerfatis, atque iuxta numerum Votantium numeratis, & calculatis, fi ballottulæ albæ inueniantur fuperare nigras, qui fuit ballottatus, cenfetur electus; neque ideo vlterius procedendum eft, fed publicanda huiufmodi electio, vt infra; fin minus, pariter ballottetur fecundus; & ifto non electo, ballottetur tertius; hocque reprobato, alij nominentur, & proponantur, quoad vfquè de Prouinciali talis Prouinciæ iuxta præinfinuatam formã prouifum fuerit. Act.4.

Mox notabitur electio, & perfona electa in fpeciali quaterno, & primus Scrutatorum abfque pręambulo fic breuiter pronunciabit: *In Prouincialem Prouinciæ N. electus eft Reu. Pater N.* Qui pro tunc non debebit confirmari, fed tantum reuocari ad Definitorium, fi de corpore ipfius exiftat. Act.5

Poftea eligantur item per ballottulas Priores Conuentuum Italiæ Generalium, præter Curialem, in quibus vacat Prioratus; & in fingulorum nominatione, propofitione, ballottatione, fcrutinio, ac publicatione id totum feruetur, quod in eligendis Prouincialibus feruatum eft, folo mutato nomine Prouincialis in Priorem, & Prouinciæ in Conuentum. Act.6.

ACTIONES

DVODECIMI

CONGRESSVS

Et quoad Definitorium Quinti.

De ſtatuendis Definitionibus pro tota Religione, ac determinando Capituli proximè futuri loco.

Act. 1. PRæmiſſis communiter præmittendis, mandabit Præſidens legi Textus Capit. Gener. pro Act. præſen. à Tex. 22. ad 24. incluſiuè.

Act. 2. His lectis, ſi deciſiones faciendæ pro bono Conuentuum Generalium, ac Prouinciarum, in Congreſſ. 10. factæ nullatenus fuerint, in exordio præſentis non importunè fieri debebunt, præcedente monitione ad beneplacitum Præſidentis, vel vt in Exemplar. Capit. Gener. pro Act. præſen. Exemp. 43.

Act. 3. Poſtea conſideratè ſunt proponenda, ſedulò diſcutienda, & maturè deliberanda, necnon deliberata fideliter adnotanda; quæ ſequuntur concernentia vniuerſale bonum totius Religionis. Videl. I. An Definitiones præteritorum Capitulorum Generalium ſint approbandæ, ſeu confirmandæ, vel infirmandæ, & abolendæ, vel moderandæ? II. An recentiores aliæ ſint faciendæ? III. An Conſtitutionibus Ordinis quidquam ſit addendum, vel ab eis demendum, vel in eis modificandum, ſiue

de-

declarandum? IV. Vbi proximum futurum Capitulum Generale fit celebrandum ?

At verò fi prædicta fortaffe multò plura, vel maioris ponderis effe videantur, quàm breue reliquum tempus Capituli patiatur, ea omnia vnanimi Definitorum affenfu compromitti poterunt decem, vel duodecim grauioribus Religiofis de corpore Definitorij, aut de numero Patrum Congregationis noui Prioris Generalis exiftentibus, qui vna cum eodem Priore Generali auctoritate ipfius Capituli hæc determinent, ac definiant, prout bono publico totius Ordinis expedire in Domino cognouerint. Act.4.

Demum committatur eidem Priori Generali, vt nomine tam fuo, quàm Definitorij fcribat litteras commendatorias, atque fupplicatorias Imperatori, Regibus, & Principibus Chriftianis, quatenus Religionem noftram fauoribus profequantur, certiores illos faciens de fuffragijs, & orationibus noftris pro eorum incolumi, ac felici ftatu perfolutis, & perfoluendis. Act.5.

ACTIO-

ACTIONES DECIMITERTII CONGRESSVS

De Capituli geſtis euulgandis; Prouincialibus, & Prioribus Citramontanis nouiter electis confirmandis; publicis gratijs reddendis; Benefactoribus viuis commendandis, ac ipſo Capitulo diſſoluendo.

Act. 1. SVblatis à loco Definitorij menſis, cæteriſque inſtrumentis ad electiones neceſſarijs, & relictis tantum ordinarijs ſedibus in titulo, atque ſcamnis hinc inde poſitis; vel, ſi fortè ſpatium illud non ſit capax, ampliori præparato Capituli loco cum eiſdem ſedibus, & ſcamnis, detur ſignum Campanulæ tum Clauſtri, tum Campanilis: ad quod Fratres omnes Vocales, & non Vocales Capitulum ipſum adeuntes, poſt debitas reuerentias more conſueto ſedeant in ſuis locis. Mox Præſidens ſurgat, alijs ſimul conſurgentibus, & ſibi facto ſigno Crucis dicat. ℣. *Adiutorium noſtrum in nomine Domini*: ℟. *Qui fecit Cælum, & terram.* ℣. *Benedicite.* ℟. *Deus*: Benedictio. †. *Dominus vos benedicat, & ab omni malo defendat, & ad vitam perducat æternam, & fidelium animæ per miſericordiam Dei requieſcant in pace.* ℟. *Amen.* Iterumque cunctis ſedentibus, Præſidens adhibere poterit ſermonem deſcriptum in Exemplar. Capit. Genr. pro Act. præſen. Excemp. 44. Vel erectos

ctos manentes breuiter sic alloquatur, videl. *Cum omnia ferè Capituli gesta diuino propitio Numine persoluerimus, reliquum est, vt hæc palam legantur. promptè acceptentur, & penitus obseruentur, qua de re sicut ipsi Deo gratias agere, ita & pro nouo supplicare auxilio debemus. Ergo dicamus.* Laudate Dominum omnes gentes, &c. cum Versic. Respons. & Oration. sine notis, vt in Ritib. Precum simplic. Capitular. Rit. 8.

His recitatis, sedeant omnes, & Præsidens subdat; *Antequam verò Capituli gesta publicentur, quia in eis plures electi sunt, quos nondum confirmatos, modo confirmari oportet; ideo congruum est, vt veteres Prouinciarum Italiæ Prouinciales, ac Priores Conuentuum Generalium pariter Italiæ, qui suorum tempus munerum compleuerunt, ab eisdem muneribus prius absoluantur.* Ex tunc singuli prædicti Prouinciales ordinatè accedentes, & successiuè coram Præsidente genuflexi, se accusent de suis negligentijs, consignent in eius manibus sigillum, officium renuncient, & absolui petant, vt in Exemplar. Capit. Gen. pro Act. præsen. Exemp. 45. Quibus etiam singulis, vel commendatis, vel reprehensis iuxta sui merita, Præsidens dicet: *Et ego auctoritate Apostolica, qua fungor in hac parte, accepto renunciationem tuam, & absoluo te ab officio Prouincialatus Prouinciæ N.* † *In nomine Patris, &c.* Velut in Exemplar. Capit. Gener. pro Act. præsen. Exemp. 46. Ipsi autem deosculata manu Præsidentis redibunt ad sua loca. Act. 2.

Si verò aliquis eorum sit absens, tunc recepto sigillo de manu alterius, qui pro ipso consignauit illud, ac officio renunciauit, Præsidens dicat: *Et ego auctoritate Apostolica, qua fungor in hac parte, accepto renunciationem Reu. Patris N. & absoluo eum à sui munere Prouincialatus.* † *In nomine Patris, &c.* Act. 3.

Sed

Ani-madu-uer-sio Sed breuitatis causa, post renunciationes ab illis sibi factas, & consignata sigilla, Præsidens vnico actu poterit omnes simul absoluere, dicens: *Et ego auctoritate Apostolica, qua fungor in hac parte accepto renunciationem ab vnoquoque mihi factam, & absoluo respectiuè singulos à proprio munere Prouincialatus ✝. In nomine Patris, &c.* Velut in Exemplar. Capit. Gener. pro Animaduer. præsen. Exemp. 47.

Act. 4. Deinde alij Citramontani Prouinciales, qui nondum expleuerunt suum officium, similiter accedant, & fassi suas culpas sigillum consignent, sed muneri non renunciabunt. Quos propterea, licet Præsidens retento sigillo, vel commendabit, vel reprehendet, non tamen ab officio absoluet.

Act. 5. Subinde Priores omnes Conuentuum Generalium Italiæ, scil. primò qui suum compleuerunt munus, & postea illi, qui non compleuerunt, respectiuè facient totum id, quod respectiuè item fecerunt Prouinciales; & cum ipsis Præsidens respectiuè pariter se gerat, vti supra cum Prouincialibus se gessit solum mutatis mutandis nominibus, & officijs.

Act. 6. Mox ad nutum Præsidentis vnus ex Cancellarijs, siue nouus Ordinis Secretarius alta voce incipiat legere Capituli gesta secundum formulam præsignatam in Exemplar. Capit. Gener. pro Act. præsen. Exemp. 48. Dum autem leguntur dispositiones Prouinciarum, atq; Conuentuum Generalium, qui audierit, se nominari Prouincialem, vel Priorem, statim surgat, & coram Præsidente genuflectat. Cui Præsidens ipse tradens sigillum Prouincialatus, vel Prioratus, ad quem ille fuit electus, dicet. *Et ego auctoritate Apostolica, qua fungor in hac parte, confirmo te in Prouincialem Prouinciæ* N. (vel) *Priorem Conuentus N. dans tibi omnem facultatem, & pote-*

te-

*teſtatem in ſpiritualibus, ac temporalibus, quam cæteri Prouinciales eiuſdem Prouinciæ (*vel*) cæteri Priores eiuſdem Conuentus habere conſueuerunt.* † *In nomine Patris, &c.* Vel vt in Exemplar. Capit. Gener. pro Act. præſen. Exemp. 49. Iſte autem deoſculata manu Præſidentis, & accepto ſigillo, reuertantur ad ſuum locum.

Si verò Prouincialis, vel Prior electus fuerit abſens, pro eo alter de mandato Præſidentis ſigillum recipiet, & idem Præſidens etiam abſentem confirmabit dicens: *Et ego auctoritate Apoſtolica, qua fungor in hac parte, confirmo Reu. Patrem N. in Prouincialem Prouinciæ N. (vel) in Priorem Conuentus N. dans ei omnem facultatem, & poteſtatem in ſpiritualibus, &c. vt ſupra.* Act. 7.

At breuitatis gratia, omnes confirmandos, poſt tradita eis propria ſigilla, Præſidens ſimul confirmare poterit, ſed primò loco Prouinciales, ac deinde ſeparatim Priores, dicens: *Et ego auctoritate Apoſtolica, qua fungor in hac parte, confirmo reſpectiuè ſingulos in ſuis officijs Prouincialatus* (vel) *Prioratus, ad quæ ſunt electi; dans vnicuique omnem facultatem, & poteſtatem in ſpiritualibus, ac temporalibus, quam reſpectiuè cæteri Prouinciales in eiſdem officijs Prouincialatus* (vel) *cæteri Priores in eiſdem officijs Prioratus habere conſueuerunt.* †. *In nomine Patris, &c.* Vel vt in Exemplar. Capil. Gener. pro Animaduer. præſen. Exemp. 50. Animaduerſio.

Verumtamen, ſi nouus Prouincialis nonniſi poſt annum in poſſeſsionem mittendus eſt, ſigillum non ei, ſed alteri tradetur, qui Prouincialatus officium proſequi debet; & hic non confirmationem, ſed tantum benedictionem à Præſidente recipiet. Ita etiam, qui Prioratum proſecuturi ſunt, non confirmabuntur, ſed cum benedictione ſolum accipient ſigillum. Act. 8.

Poſt hæc Secretarius Ordinis, vel alius de Præſiden- Act. 9.

tis iussu dicat: *Tum electionibus, tum electis omnibus iam confirmatis, non est necesse, vt cætera in hoc Capitulo disposita sigillatim confirmentur: illorum enim publicatio haberi pro confirmatione debet. Sed nihilominus cunctis, & singulis vestrum notum sit, qualiter non obstante huiusmodi publicatione adhuc N. Dominus N.* (vel) *N. Pater N. Præsidens reseruat sibi vna cum alijs de corpore Definitorij auctoritatem, & potestatem determinandi, definiendi, statuendi, reformandi, corrigendi, emendandi, ac mutandi, quæcumque peracta sunt, donec simul erunt. Quapropter vult, & præcipit vt nullus ex Definitoribus absque sui expressa licentia se absentare possit.*

Act. 10 Hoc præmisso mandato, Præsidens subdat: *Interim autem pro gratiarum publica redditione, Benefactorum viuorum commendatione, ac ipsius dissolutione Capituli, nobis processionaliter nunc Ecclesiam petentibus, læto cantu intonetur Hymnus:* Magnæ Pater Augustine, &c. Mox omnes surgant, & incipientibus Cantoribus præfatum Hymnum cum notis, alijsque canendo alternatim prosequentibus, moueatur cum solitis reuerentijs Processio in Ecclesiam, ordine seruato in via vsque ad Altare maius, & ibi cantatis Versic. Respons. & Orat. vt in Ritib. Proces. Capitular. Rit. 4.

Act. 11 Deinde Presidens dicat ℣. *Benedicite.* ℟. *Deus.* Hisque dictis, & sedentibus omnibus super scamnis, & sedibus ibidem cum oratoria Cathedra de more præparatis, habeatur Oratio in viuorum commendationem, atque gratiarum actionem secundum modum præsignatū in Exemplar. Capit. Gener. pro Act. præsen. Exemp. 51.

Act. 12 Completa Oratione Præsidens dicere poterit: *Ne igitur tot, & tantis Benefactorum viuentium, sicut etiam defunctorum acceptis beneficijs parum inueniamur grati, precibus ad Deum effusis hæc saltem à nobis compensari*

opor-

oportet. Propterea legantur noſtræ litteræ, quibus facienda in vnoquoque Conuentu totius Religionis ſuffragia præſcribuntur. Has verò litteras nouus Secretarius, ſiue vnus ex Cancellarijs ſtatim intelligibili voce leget iuxta formulam deſcriptam in Exemplar. Capit. Gener. pro Act. præſen. Exemp. 52.

Lectis autem huiuſmodi litteris, & ſurgentibus omnibus, recitentur Verſic. Reſpon. Pſal. & Oration. quæ habentur expreſſæ in Ritib. precum ſimplic. Capitular. Rit. 9. Verum prima, & vltima exceptis, aliæ Orationes ſunt arbitrariæ. Act 13

Poſtea flexis genibus immediatè fiat abſolutio generalis, & in fine licentia concedatur omnibus, atque ſingulis Fratribus totius Ordinis noſtri, tam præſentibus, quam abſentibus, eligendi Confeſſarium idoneum, à quo ſemel in foro conſcientiæ abſolui poſſint ab omnibus peccatis, cenſuris, & pœnis, vt in citatis Ritib. Precum, Rit. 2. Act 14

Tandem Cantores intonent cum notis Hymnum: *Te Deum laudamus &c.* quem cæteri ſurgentes proſequantur alternatim cum cantu; & eo completo dicantur pariter cum cantu alij Verſic. Reſpon. & Oration. vſque ad benedictionem dandam incluſiuè pro dimiſſione Capituli, vt in eiſdem Ritib. Precum, Rit. 10. Act. 15

Ex tunc Fratres omnes inde bini, & bini recedentes, ſuaſque Cellas adeuntes, præparentur ad diſcedendum, vt in nomine Domini pergant ad ſuas Prouincias, & Conuentus, in quibus antea commorabantur, vel de nouo commoraturi ſunt.

ACTIONES POSTERAE.

Act. 1 PRiusquam Definitorium omninò dissoluatur, cunctis præsentibus, vel saltem grauioribus ipsius Definitorij Patribus, de mandato Præsidentis in medium producantur litteræ iam eidem Definitorio directæ; inter quas si fuerint aliquæ Sanctiss. Domini Papæ, aut Legatorum eius, vel Cardinalium, seu aliorum Prælatorum, aut Principum, vel Vniuersitatum, aut etiam priuatæ cuiusuis personæ, quæ commodum publicum, siue bonum Ordinis, vel alicuius Prouinciæ, aut Conuentus quomodolibet concernant, vel aliàs memoria dignæ sint, hæ nouo exhibeantur Secretario, vt opportuno tempore per se, aut per Definitorij Cancellarios (qui tum in prædictis, tum in reliquis infra copiandis scripturis illum adiuuare debent) eas de verbo ad verbum in Registro transcribat, & originales conseruet reponendas in Archiuio Ordinis; cœteris omnibus alijs litteris igne combustis.

Act. 2. Capituli autem Gesta sine vlla dilatione verbatim, diffusè, ac distinctè, & fideliter sunt registranda, cum obsignatione maioris sigilli Religionis, & subscriptione Præsidentis, atque Patrum Definitorij, secundum modum præsignatum in Exemplar. Capit. Gener. pro Act. præsen. Exemp. 53.

Act. 3. Hæc eadem postea confestim impressa transmittantur à Priore Generali electo ad singulas Prouincias, & Congregationes, necnon etiam ad Conuentus Generales, vt

cun-

cunctis nota prorsus executioni mandentur, sicut decet.

Interim non erit incongruum, quinimò valdè consonum, si ante discessum omnium Vocalium respectiuè consignentur Discretis, vel Definitoribus, vel Prouincialibus, atque Vicarijs Generalibus, & Prioribus litteræ speciales vnicuique Prouinciæ, Congregationi, & Conuentui Generali destinatæ, iuxta formulam præscriptam in Exemplar. Capit. Gener. pro Act. præsen. Exemp. 54. quibus compendiosè significentur electiones principaliores, & præsertim dispositiones ad eam, siue ad eum spectantes, suffragia pro viuis, ac defunctis præstanda, & facultas concessa eligendi Confessarium, à quo posſit quisque absolui ab omnibus peccatis, censuris, & pœnis in foro conscientiæ. Act. 4.

Vt autem paucis, & breui hoc fiat, præinsinuata formula multò antea typis mandari, ac deinde in ea, quidquid addendum superest, calamo exprimi, sigillo Religionis obsignari, & à Priore Generali electo vnà cum illius Secretario subscribi poterit: quod totum pro fine intento, satis tunc esse, nec magnum laborem, aut longum exigere tempus, videtur; & ideò minimè omittendum. Animaduersio.



SVB-



SVBMETHODVS CONGREGATIONIS GENERALIS.

DEsignata huius formula ex præscripto legis non habetur, sed tantum quo tempore fieri, & qui Vocales, cum ipsorum facultate, illi adesse debeant iuxta Constit. 1. Clem. VIII. in Bullar. Ord. At nihilominus meo iudicio ea regulari poterit, vt infra scil.

ACTIONES CONGRESSVS PRAEVII.

De præmittendis congruis dispositionibus.



POST dissolutum omninò Capitulum Genereale, cum Prior Generalis electus opportunum existimauerit, in Camera suę residentiæ, vbi sit Imago sacra, pręparentur duæ mensæ: altera oblonga cum sedibus ex vtroque latere pro Assistentibus, ac Procuratore Ordinis, & in capite pro ipso Priore Generali: altera verò parua cum scamno simplici pro eius Secretario; illisque vocatis, conuenientibus, & Act. 1.

se-

ſedentibus iuxta præcedentiæ locum vnicuique competentem, idem Prior Generalis, domeſticè loquens, ſignificet cauſam, propter quam nunc congregati ſunt, videl. ad præordinandum, & diſponendum circa futuros hebdomadarios Congreſſus debito modo habendos; & ad hunc effectum iubeat legi per Secretarium tres ſelectos textus præfatæ Congregationis Gener. proprio loco digeſtos.

Act. 2. His lectis, breuem ſermonem de Aſſiſtentium officio adhibeat ex ſui placito, vel vt in Exemplar. Congregat. Gener. pro Act. præſen. Exemp. 1. & 2. ſub cuius fine inſinuabit determinatos binos hebdomadæ dies, ac præfixam horam, quibus huiuſmodi Congregatio in poſterum facienda erit, niſi rerum agendarum neceſſitas quãdoque id anticipari, vel differri expoſtulauerit; atque ita peramanter, & benignè illos à ſe dimittat.

ACTIONES
CONGRESSVS
ORDINARII

De proponendis, ac reſoluendis negotijs.

Act. 1. CVM ipſius Congregationis occurrerit tempus, ſi hoc fuerit illud idem, quod iam deſignatum eſt, ſupradicti Patres nulla expectata conuocatione adibunt præparatam Cameram; ſin minus, Prior Generalis eos aduocari curabit; necnon etiam, ſi negotia pertractanda ſint magni ponderis, de his vno ſaltem

die

die prius illos monebit, vt conſultò ſuas ferre ſententias poſſint.

Congregatis verò, ac erectis tunc ſtantibus propè ſua loca, Prior Generalis dicat ℣. *Adiutorium* † *noſtrum in nomine Domini.* ℟. *Qui fecit Cœlum*, *& terram.* ℣. *Benedicite.* ℟. *Deus.* Benedictio †. *Dominus vos benedicat, & ab omni malo defendat*, *& ad vitam perducat æternam*, *& fidelium animæ per miſericordiam Dei requieſcant in pace.* ℟. *Amen.* Moxque ſubrecitentur alię preces, vt in Ritib. ipſarum precum ſimplic: Capitular. Rit. 3. vel 4. ad beneplacitum. Act. 2.

Deinde omnibus ſedentibus, Prior Generalis ordinatè proponat, quæ proponenda ſunt, à ſingulis requirens votum vel conſultiuum, vel deciſiuum, iuxta rei propoſitæ qualitatem, ſeu grauitatem; pro cuius firmiori etiam reſolutione, ſi opus fuerit, tunc ad nutum ipſius Prioris Generalis capita legantur Conſtitutionum Ordinis, in quibus contineri ea videntur; necnon ſpeciatim in prouiſionibus alias electiuis ballottatio fiat per ſecreta ſuffragia. Act. 3.

Datis votis, ſi hæc tantum conſultiua ſint, Prior Generalis ſequi poterit, quam probauerit, & voluerit partem: at ſi deciſiua exiſtant, vel maiori parti adhęrere debebit, vel ſi propter aliquam cauſam ſibi notam ei aſſentiendum non putet, in tali caſu obſeruanda ſunt cum præinſinuata Conſtitutione Clementina quædam ſacræ Congregationis Regularium Decreta ſuper hac eadem re; de quibus omnibus, & alijs connexis ſuo loco redibit ſermo in Notationibus. Act. 4.

Secretarius autem in particulari libello præmittens Annum, Menſem, & diem, quo habita eſt Congregatio, fideliter tranſcribet ſingula, quæ in ea fuerunt propoſita, & reſoluta, cum ſubſcriptione interuenientium Pa- Act. 5.

trum Vocalium, atque tandem in fine Congressus dicetur à Priore Generali ℣. *Sit nomen Domini Benedictum.* Et à cæteris ℟. *Ex hoc nunc, & usque in seculum.*



ME-

METHODVS
CAPITVLI
PROVINCIALIS

HVius specialem processum, ex regula Constitutionum nostrarum par. 3. cap. 7. ordinatè disponendum, communes immediatè sequentes antecedere debent——————————

ACTIONES
PRAEVIAE.

De necessarÿs praeordinationibus ad Capituli celebrationem.



RIOR Prouincialis tribus saltem Mensibus ante Capitulum mittet ad omnes suae Prouinciae Conuentus (sicut etiam Vicarius Generalis ad suae Congregationis) litteras circulares significando tempus, & locum eiusdem Capituli, ac iubendo reliqua ad hũc finem ordinata, vt in Exemplar. Capit. Prouin. pro Act. 1. praeu. Exemp. 1. & 2. Vbi etiam formulae assignantur litterarum, quae à Prioribus, & discretis sunt deferendae, videl. Exemp. 3. 4. 5. & 6. sed Act. 1.

inter alia speciatim mandabit consuetas preces in omnibus Prouinciæ Conuentibus tẽpore Capituli Deo fundendas, quæ habentur præscriptæ in Ritib. ipsarum precum simplic. Capitular. Rit. 1.

Act. 2. Præterea destinabit Prior Prouincialis celebriores Prædicatores, qui à Dominica secunda Paschæ Resurrectionis omnibus diebus festiuis, & ab initio Capituli vsque ad finem etiam ferialibus (excepta feria sexta, & sabbato ante Dominicam tertiam, cùm sermones pro Defunctis, ac electionibus recitandi sunt, vel pro illis saltem facienda est commemoratio) in Ecclesia Conuentus Capitularis tum piè, tum ornatè Populo concionentur.

Act. 3. Præmonebit etiam Magistros Regentes, siue primarios Lectores, qui vna cum Magistris studiorum, vel cum alijs magis idoneis selectas Conclusiones Theologicas, vel Philosophicas statutis diebus iuxta Prouinciæ consuetudinem post Vesperas tueantur.

Act. 4. Non solum pro duobus insinuatis sermonibus, videlicet Defunctorum, ac Electionum, sed etiam pro tertio sub fine Capituli recitando in viuorum commendationem, atque gratiarum actionem, deputabit tres doctissimos Patres, vel saltem duos (si pro Defunctis tantum velit fieri commemorationem) qui eosdem sermones respectiuè habeant.

Act. 5. Item de consilio Prioris localis ipsius Conuentus Capitularis designabit sub beneplacito futuri Præsidentis quatuor discretos Patres in Rectores Capituli; quorum duo cum adiunctis sibi Ministris præsint diuino cultui, ordinando quæ ad Chorum, Sacristiam, ac Ecclesiam pertinent, & assistendo vti Cæremoniarum Magistri omnibus sacris functionibus: alij verò duo incumbant rebus domesticis, præparando necessaria ad

vi-

victum; Fratribus aduenientibus charitatiuè prouidendo; Mensæ lectores disponendo; & reliquos seruitores, siue famulos Conuersos, atque laicos, tam pro ipsa mensa, quam pro cœteris ministerijs destinando.

Eidem Priori, ac præfatis Rectoribus speciatim mandabit respectiuè sequentia. Videlicet, 1. vt expensę pro cibo, & potu non sint immoderatæ, sed tales ad summum, quales diebus solemnioribus inter nos fieri solent. 2. vt Cellæ Patrum vocalium non seculari more, sed tantum religiosè, ac honestè perpoliantur, sicut decet Pauperes Christi. 3. vt ipsa Ecclesia cum Altaribus extraordinario apparatu ornetur, necnon de competenti musica (si fieri hæc ibi consueuit) prouideatur. Act. 6.

Tandem, etsi Constitutiones Ordinis id minimè præcipiant, nihilominus ad tollendas confusiones quandoque oriri solitas, nimis videtur necessarium, vt præter quatuor supradictos Rectores, sub eodem beneplacito Presidentis alium instituat specialem Rectorem ex Vocalibus desumptum, qui signanter intra Capituli locum, atque Definitorium, omnibus, & singulis proprijs Capitularibus gestis sedulus adsit moderator, illa ritè, ac rectè dirigens, & ordinans iuxta conuenientem formam præscriptam. Act. 7.

De ijs autem, quæ peragenda sunt extra secretos Congressus, antequam publicæ functiones incipiantur, Tabulam vniuersalem faciendam curet iuxta designationem in exemplar. Capit. Prouin. pro Act. 8. preu. Exemp. 7. quæ in loco patenti affixa videri ab omnibus possit, & respectiuè ab illis, ad quos spectabit, prorsus obseruari debeat. Act. 8.

ACTIO-

ACTIONES
PRIMI
CONGRESSVS

De receptione Præsidentis, ac eius possessione.

Act.1. FEria quinta immediatè ante prædictam Dominicam tertiam Paschæ iuxta morem postremò receptum in duobus Capitulis Generalibus de An. 1655. & 1661. per specialem ipsum Rectorem Capitularium gestorum decenter intra Conuentum aptato Capituli celebrandi loco; in quo existat Altare, vel sacra Imago, cum scamnis oblongis hinc inde per totum circuitum extensis; vna sedes honesta in capite tituli super scabellum aliquod substrato tapete collocata, & altera similis clam retro posita; necnon vna parua mensa in medio versus eundem titulum pannis cooperta; & insuper vna Bussula ibi tunc recondita, simul cum duobus Catinulis non omninò planis, ac multis ballottulis tum albis, tum nigris, inter se numero ferè paribus, sed plusquam duplicatis respectu Vocalium: post decantatas Vesperas ad iussum Prioris Prouincialis ter pulsanda est intra spatium dimidiæ horæ, vel etiam minus, cum debito interuallo Campanula Claustri, & immediatè post quamcumque illius pulsationem Campana minor Campanilis pulsetur, ac vltimo signo dato Patres omnes Vocales præparatum Capituli locum adeant, ibiq; Cruci prius, vel Imagini caput inclinantes, vadant ad

se-

ſedendum in ſcamnis ex vtraque parte, ſed inter ſe ità ordinati, vt digniores, ſeu ratione officij maiores appropinquent magis Priori Prouinciali ſedenti ſupra expoſitam præfatam ſedem.

Abſente verò propter aliquod impedimentum, ſiue aliam cauſam Priore Prouinciali, quid, & quomodo tum hic, tum alibi ſit agendum, reſpectiuè dicetur in proprijs Notationibus. Animaduerſio.

Mox ſurgat ipſe Prior Prouincialis, ſimul etiam conſurgentibus alijs, & ſigno Crucis ſe muniens, dicat ℣ *Adiutorium noſtrum, &c.* ℟. *Qui fecit Cælum, &c.* vt in Ritib. Precum ſimplic. Capitular. Rit. 3. Et iterum conſedentibus omnibus, Prior Prouincialis breuiſſimum habeat ſermonem, vt in Exemplar. Capit. Prouin. pro Act. præſen. Exemp. 8. Vel aliter, prout ſibi expedire videbitur; & in fine mandabit legi Textus Capit. Prouinc. pro Act. præſen. à Tex. 1. ad 5. Act. 2.

Illos autem leget Secretarius Prouinciæ, qui etiam in poſterum extra Definitorium ſemper id faciet, nec non & cuncta in Capitulo extra ipſum Definitorium peragenda fideliter notabit. Animaduerſio.

Completa huiuſmodi lectura, Prior Prouincialis ſubdat: *Iuxta ergo Conſtitutionum tenorem, omnibus vobis, & ſingulis præcipio in virtute ſanctæ obedientiæ, vt ſi quis veſtrum habet litteras Reuerendiſſimi Patris Generalis ad hoc Capitulum directas, protinus illas oſtendat, & legendas conſignet.* Tale autem præceptum (ſi litteræ illicò non oſtendantur) paruo interuallo temporis decurrente, alijs duabus vicibus repetatur, & tertia vice addatur pœna excommunicationis. Litteræ verò præſentatæ, ſtatim honorificè à Priori Prouinciali recipiantur, & Secretario palam legendæ tradantur. Act. 3.

Dum hæ leguntur, qui Præſidentem ſe nominari audie- Act. 4.

die-

dierit, continuò genuflectat in loco, vbi reperitur, vſque ad finem lectionis, & reliqui omnes ei aſſurgant. Prior autem Prouincialis reuerenter accedens, illum erigat, & ad ſedendum in propria ſui ſede conducat, & ſedenti genuflexus manum deoſculetur, ac deinde ſuper alteram ſedem in pari loco à ſiniſtris eius tunc reponendam ſedeat. Poſt ipſum omnes alij ſucceſſiuè cum debito ordine ad Præſidentem accedant, genuflectentes ante illum, & deoſculata eius manu reuertantur ad propria loca, vbi ſtent erecti.

Animaduerſio. Quid autem faciendum ſit, dato caſu, quod huiuſmodi litteræ non præſententur, vel præſentatæ non contineant inſtitutionem Præſidentis, vel ipſemet Prior Generalis perſonaliter adſit, reſpectiuè dicetur in notationibus.

Act.5. Surgat tunc Præſidens (ſurgente ſimul Priore Prouinciali) & ſigno Crucis ſe muniat dicens. ℣. *Adiutorium noſtrum in nomine Domin.* ℟. *Qui fecit Cælum, & terram.* ℣. *Benedicite.* ℟. *Deus. Benedictio* ✝. *Dominus vos benedicat, & ab omni malo defendat, & ad vitam perducat æternam., & fidelium animæ per miſericordiam Dei requieſcant in pace.* ℟. *Amen.* Et ſedentibus omnibus, Præſidens ſic dicere poterit: *Quam publicatæ litteræ præſidentiales auctoritatem nobis conceſſam tantum indicare videntur, hæc ſanè in Conſtitutionibus Ordinis expreſsè traditur deſignata. Vnde cum præter illam nihil agere nos deceat, ideo mandamus, vt earumdem Conſtitutionum Textus de Capitulo Prouinciali, tum generatim pro futuris, tum ſpeciatim pro actione præſenti ad munus noſtrum ſpectantes, palam nunc legantur.* Videl. à Tex.5. ad 9.

His lectis, compendioſum hebeat ſermonem, vt in Exemplar. Capit. Prouin. pro Act. præſen. Exemp. 9. vel aliter iuxta ſui beneplacitum; commendando in fine

per

per grauem electionem tunc faciendam de Iudicibus caufarum.

Pro ea verò nominet tres Patres expertos, & peritos in Iudices caufarum, fingulos diftinctim ballottandos, & eligendos modo, vt infra, fcil. Collocentur fuper menfam in capite Buffula, & hinc inde duo illi Catinuli, quorum vnus contineat ballottulas, & alius fit vacuus. Poftea foras eo difcedente, qui præcisè Ballottandus eft, ipfi Vocales (exceptis Difcretis, quorum litteræ adhuc non funt recognitæ) feparatim accedant, incipiendo à maioribus, & vnufquifque duas ballottulas ex priori Catinulo fumens, videlicet albam pro voto affirmatiuo, & nigram pro negatiuo, abfconditè vnam ponat, quam voluerit, in dicta Buffula. Act. 7.

Hæc deinde in altero Catinulo reuerfetur coram Præfidente, & Priore Prouinciali, ac duobus alijs faltem dignioribus Patribus, & calculatis votis iuxta numerum Votantium, fi ballottulæ albæ inueniantur fuperare nigras, qui fuit ballottatus, cenfetur electus. Tunc ipfo regrediente, pariformiter ballottetur fecundus, & fuccessiuè tertius. Si autem contingat, vnum, vel alterum, vel omnes ex propofitis reprobari, eo cafu Præfidens alium, vel alios proponet, donec de tribus Iudicibus caufarum fuerit prouifum. Act. 8.

Electione fequuta, Præfidens eos fimul conuocatos, & ante fe genuflexos confirmabit, dicens: *Ego Præfidens huius Capituli auctoritate, qua fungor in hac parte, confirmo vos in Iudices caufarum eiufdem Capituli; dans vobis omnem poteftatem, & facultatem, quibus cæteri Iudices caufarum in alijs Capitulis Prouincialibus frui, & potiri confueuerunt. † In nomine Patris, &c.* Vel aliter, vt in Exēplar. Capit. Prouin. pro Act. præfen. Exemp. 10. Hi verò deofculata ipfius manu ad fedendū in locis fuis reuertantur. Act 9.

Act.10 Poftea inquirat Præfidens illos quinque Patres refpe-ctiuè in Capituli Rectores iam deftinatos à Priore Prouinciali, vt dictum eft in Actionibus præuijs, fcil. Act.5.& 7.eofque coram fe genuflexos confirmans, dicat: *Et ego auctoritate, qua fungor in hac parte, confirmo vos in Rectores huius Capituli, dans vobis refpectiuè omnem facultatem, quam cæteri Rectores in alijs Capitulis Prouincialibus habere confueuerunt. ✝. In nomine Patris, &c.* Vel aliter, vt in Exemplar. Capit. Prouin. pro Act. præfen. Exemp. 11. Qui deofculata eius manu, furgentes aduocabunt Miniftros coadiutores, & feruos, ac famulos Conuerfos, fiue laicos à fe refpectiuè in fuis minifterijs conftitutos, & ad ipfum Præfidētem deducent, vt genuflexi benedictionem ab eo recipiant; & hac recepta, fimul inde recedent ad fua loca.

Act.11 Conuerfus deinde Præfidens ad circumftantes dicet, vel potius alteri mandabit, vt nomine fuo dicat: *Ex præfcripto Conftitutionū noftrarum, fi qui habent controuerfias, & lites, quæ alias tum per Priorem localem, tum per Prouincialem definiri nequiuerint, eas ad Iudices caufarum quamcitius deducant, vt definitiuè terminentur, fublata omni appellatione poft dimiffum præfens Capitulum. Item Difcreti Conuentuum ipfis Iudicibus caufarum die craftino de mane præfentent fuas litteras teftimoniales, vt per eos approbentur. Si quis autem nouit caufam, propter quam aliquis vocem actiuam, vel pafsiuam habere non debeat in hoc Capitulo, deferat illam intra terminum eiufdem diei craftina ad ipfofmet Iudices caufarum: aliter enim fine vitio pertranfibunt omnes electiones; nec poftquam die fabbati proximè futuri electio Prioris Prouincialis incepta fuerit, alicuius fuper hac re proclamatio admittetur.*

Act.12 Poftea ipfemet Præfidens fubdat: *Interim verò ftrictè præcipimus, & iubemus, ne toto Capituli tempore vllus*

Vo-

Vocalium à Conuentu exeat abſque noſtra licentia; nec exeuntes, quicumque illi ſint, audeant ſub quouis prætextu accedere ad loca parum honeſta, vel ſuſpecta; imò de ſe tale præbeant exemplum, vt in inceſſu, ſtatu, & habitu, & in omnibus motibus ſuis nihil fiat, quod cuiuſquam offendat aſpectum. Præterea vos cunctos monemus de obedientia ſpeciatim erga Rectores huius Capituli præſtanda in omnibus, quæ ad eorum reſpectiuè munus pertinent; necnon enixè obſecramus, vt Chorum ſolliciti adeatis, & diuinum Officium in Eccleſia grauiter, ac deuotè recitetis; pariter Sacrificium Miſſæ cum conſcientia pura ſingulis diebus offeratis, & præſertim die Sabbati proximè futuro Miſſam de Spiritu Sancto cum feruore maximo celebretur; vel ſi forſan propter anguſtiam temporis id efficere quis non potuerit, ſacram Euchariſtiam in ſolemni Miſſa de ipſo Spiritu Sancto recipiat. Quæ item Miſſa deinceps vſque ad finem Capituli cum alterna Rectorum diuini cultus aſsiſtentia per aliquem Vocalium quotidie cantari debebit. Pro executione autem non ſolum prædictorum, ſed etiam cæterorum, quæ agenda ſunt extra proprium locum Capituli, vniuerſalem Tabulam iam pridem ordinatè diſpoſitam, & publicè affixam, reſpectiuè à cunctis prorſus ſeruari mandamus. Verum in præſenti, vt ſingula à nobis gerenda, emundatis conſcientijs, proſperè ſuccedant, & futurarum ſpeciatim electionum canonica impedimenta, ſi qua pro humana fragilitate ſint contracta, omninò tollantur, generalem faciamus abſolutionem, genuflexi humiliter dicentes: Confiteor Deo omnipotenti, &c. vt in Ritib. Precum ſimplic. Capitular. Rit. 2.

Terminata verò huiuſmodi abſolutione, & intimato vniuerſali altero tertio Congreſſu (quæ intimatio per ſpecialem Capitularium geſtorum Rectorem ſemper alicubi publicè facienda eſt ante futurum quemcunque immediatum Congreſſum dicat Præſidens ℣. *Sit* Act. 13

nomen Domini benedictum. ℟. *Ex hoc nunc, & vſque in ſæculum*. Et ſtatim ordinatè cuncti egrediantur de loco Capituli.

ACTIONES
SECVNDI
CONGRESSVS

De munere obeundo à Iudicibus cauſarum.

Act.1. FEria ſexta immediatè ſequēti, mane diluculo tres Iudices cauſarum in Camera ad hunc effectum deſtinata (ante cuius ianuam ſtabunt duo famuli cuſtodes, ac eiuſdem Iudicibus ſeruientes) pulſata prius Campanula Clauſtri, alternatim recitabunt genuflexi abſque cantu Pſal. Verſic. Reſponſ. & Orat. quæ habentur in Ritib. Precum ſimplic.Capitular. Rit. 4.

Act.2. Poſt recitatas preces ſedebunt ad menſam ibi paratā cum Atramentario, charta, & càlamis, ordinatè incipientes recognoſcere teſtimoniales Diſcretorum litteras patentes (relictis clauſis Definitorio præſentandis) & ſingulorum diligenter conſiderabunt electionem, vt vel approbent, ſi legitimè factam, vel reprobent, ſi ſubſtantialiter deficientem inueniant.

Act.3. Mox deinde, ſi ſupererit tempus, ſin minus horis pomeridianis cauſas reliquas de habentibus, vel non habentibus vocem tum actiuam, tum paſſiuam, ad ſe deductas, iuxta Ordinis Conſtitutiones dirimere ſatagant.

Act.4. Poſtea non ſolum eodem die, ſed alijs etiam ſequentibus

tibus

tibus, iuxta caufarum multiplicitatem, continuabunt audientiam pro litibus, & controuerfijs Fratrum erga Fratres, necnon fæcularium cum Fratribus, & fola rei veritate infpecta eas determinabunt. Verum grauiores (nifi à Definitorio fibi commiffæ fint) eidem Definitorio relinquent, & leuiores tantum ipfi decidentes, præfertim ea, quæ pacis funt, in omnes intendant.

Præterea, quando fibi opportunum videbitur, coram fe vocabunt Socium Prioris Prouincialis ad reddendam rationem de receptis per eundem Priorem Prouincialem à Prouincia, vel aliundè pro ipfa, ac de illorum expenfis, vt hæc poftea Definitorio referantur. Act. 5.

Decifiones autem omnes, fententias, & decreta iudicialiter à fe promanata, in vno libello fideliter fcribentes, fub fine propria manu affirmabunt. Animaduerfio.

Catalogum etiam Patrum Vocalium à fe defcriptum, ac fubfcriptum, & in Capitulo deinde recitandum, ita difponent. *Hi funt illi Venerabiles Patres, qui in electione noui Prioris Prouincialis habere debent vocem actiuam, fcil. Adm. Reuerendus Pater N. Præfidens huius Capituli: Reuerendus Pater N. Prior Prouincialis: Patres Definitores Capituli præteriti, videl. Pater N. N. Patres Vifitatores Prouinciæ, fcil. Pater N. N.* Poftea nominabunt Sacræ Theologiæ Magiftros; Prouinciales olim abfolutos, fi adfint, Priores locales iuxta feriem Conuentuum, incipiendo à Capitulari; Socium Prioris Prouincialis; & vltimò Difcretos fecundum ordinem item Conuentuum. Act. 6.

Quia verò huiufmodi Catalogus recitari debet, quãdo actualis Prior Prouincialis iam renunciauerit officio fuo; propterea ille tunc nominandus erit fub titulo Prioris Prouincialis abfoluti. Animaduerfio.

ACTIO-

ACTIONES TERTII CONGRESSVS

De Oratione funebri, Vigilijs, Missa cantata, & Processione Defunctorum.

Act. 1. EAdem sexta feria, ex more iam firmato in duobus postremis Capitulis Generalibus, vt alias dictum est, Rectoribus diuini cultus dirigentibus (quod in sacris cœremonijs extra Capituli locum semper ab ipsis præstabitur) mane in Ecclesia ex vtraq; parte circa maius Altare præparentur scamna pro Fratribus, & super gradus ipsius Altaris tapete substrato duæ sedes, videl. altera pro Præside̜nte à dextris, & altera pro Priore Prouinciali à sinistris. Præterea si haberi debeat sermo funebris, qui arbitrarius est, vt infra dicetur, parata etiam ibidem existat in loco proportionato Cathedra Oratoria cũ panno nigro ab ea pendente.

Act. 2. Post Missam verò Conuentualem, quæ nimis præpropere sine cantu recitanda est, signo dato campanulę tum Claustri, tum Campanilis, Religiosi omnes Vocales, & non Vocales in loco Capituli congregentur, inclinantes Cruci prius caput, & mox sedentes ibi secundum ordinem consuetum, sed ita tamen, vt Vocales pręcedant non Vocales: quod vbicumque collegialiter in futurum conuenerint, semper obseruandum erit. Postea moniti à Præside̜nte de peragendis tunc temporis, sicut

ficut in Exemplar. Capit.Prouin. pro Act. præfen.Exẽp. 12. inde bini, & bini à minoribus incipiendo, proceffionaliter vadant in Ecclefiam, præmiffis Conuerfis famulis viam parantibus (quod femper in quauis Proceffione futura feruabitur) ibique facta prius debita reuerentia maiori Altari, feu Ven. Sacramento, ante propria loca ex vtraque parte fibi præparata ftent erecti.

Deinde, cum ipfe Præfidens dixerit ℣. *Benedicite*: & alij ℟. *Deus*: tunc fedeant omnes, & perbreuis habeatur fermo Defunctorum Fratrum, Sororum, Confratrum, & Benefactorum Prouinciæ, nulla facta cuiufuis mentione in particulari, dummodo pro eis fundendas preces, & Sacrificia celebranda effe concludatur, vt in Exemplar. Capit. Prouin. pro Act. præfen. Exemp. 13. Act.3.

Sermone completo, Præfidens dicat: *Recitentur obitus Fratrum, Sororum, Confratrum, & Benefactorum noftræ Prouinciæ, qui hoc biennio diem fuũ obierunt, vel alias bona fua noftris Monafterijs quandoque reliquerunt*. Et tunc finguli Priores, fucceffiuè vnus poft alterum, iuxta feriẽ Conuentuum, incipiendo à Capitulari, furgentes legant Notam Defunctorum (fi memoriter eam recitare non poffunt) quam fecum ex proprio Conuentu detulerunt, vt in Exemplar. Capit.Prouin.pro Act. 1. præu. Exemp. 3. Et deinde fedeant. Act.4.

At verò, cum huiufmodi Sermo Defunctorum non præcipiatur in conftitutionibus Ordinis, breuitatis caufa omitti poterit; & tunc dicto (*Benedicite*) ac refponfo (*Deus*) ftatim Præfidens iubebit, vt recitentur obitus modo, quo fupra, &c. Animaduerfio.

Defunctorum nominibus commemoratis, fubdat Præfidens: *Ne igitur fraternæ charitati deeffe videamur, pro Defunctis omnibus iam expreffè nominatis, & alijs meritò nominandis, modò Chorum adeuntes communia fuffragia* Act.5

pe-

peragere satagamus. Tuncque omnes surgentes bini, & bini, debitis præmissis reuerentijs Chorum ingrediantur ad recitandas Vigilias cum laudibus Defunctorum, ac postmodum Missam immediatè cantandam pro ipsis mortuis Fratribus, Sororibus, Confratribus, Familiaribus, Propinquis, & Benefactoribus Prouinciæ, vt in primo Anniuersario Ordinis nostri.

Act.6. In Missa, nedum super Altare lugubri apparatu ornatum, sed etiam circa Tumulum ligneum in medio Ecclesiæ collocatum, & nigris pannis coopertum, accendantur plura cerea luminaria vsque ad finem processionis solemniter faciendę post ipsam Missam, vt in Ritib. ipsarum procef. Capitular. Rit. 5.

Act.7. Terminata omninò dicta Processione intra Sacristiam, Præsidens ita pronunciet: *Debitum reliquarum Missarum, ac suffragiorum, quod tum pro Fratribus, & Sororibus, tum pro Confraternitatis litteras habentibus, & alijs omnibus Benefactoribus Prouinciæ nostræ Defunctis persolui debebit, in finem Capituli reseruamus iniungendum, quando Benefactores viui recitabuntur, vt pro his cunctis integrè satisfaciamus.* Postea dicat. ℣. *Sit nomen Domini benedictum.* ℟. *Ex hoc nunc, & vsque in seculum.* Tuncq; omnes inde in Conuentum recedant.

Animaduersio.

CVm extet Decretum Vrbani VIII. quod legi debet in quouis Generali, & Prouinciali Capitulo videnda sunt, ac obseruanda, quæ in Animaduer. post Congref. 5. Capit. Gener. & in Notation. eiusdem loci de illo respectiuè diximus; ad hæc namque superiores Regulares tenentur sub pœna priuationis officij, ac vocis actiuæ, & passiuæ, ipso facto incurrenda.

ACTIO-

ACTIONES
QVARTI
CONGRESSVS

De noui Prioris Prouincialis electione, & Confirmatione.

DIE futuro immediato Sabbati, mane post cantatam Primã illicò solemnis celebretur Missa de Spiritu Sancto cum Gloria, Credo, & duabus Collectis, altera B. V. Mariæ, & altera D. P. Augustini; quam Missam Præsidens cantabit. Act. 1.

Deinde statim iuxta formã præscriptam in Congref. 3. Act. 1. præparatis circa, & supra gradus maioris Altaris respectiuè consuetis scamnis, & duabus sedibus, cum ipsa Cathedra Oratoria, ex qua pannus minimè obscurus pendeat; & de Præsidentis mandato pulsata vtraque Campanula, scil. Claustri, & Campanilis, Fratres omnes tam Vocales, quàm non Vocales congregentur in loco Capituli, & inde facta prius solita monitione à Præsidente, vt in Exemplar. Capit. Prouin. pro Act. præsen. Exemp. 14. inde vadant bini, & bini processionaliter ad Ecclesiam propè maius Altare; vbi stent erecti secumdum modum in suprad. Congref. 3. Act. 2. designatum. Act. 2.

Mox ad nutum Præsidentis Cantores in medio Ecclesiæ intonabunt cum notis Hymnum; *Veni Creator Spiritus, &c.* genuflectentibus cunctis ad priores quatuor versus; qui deinde surgentes, ibique erecti permanen- Act. 3.

nentes, alternatim ex vtroque Choro totum Hymnum decantabunt cum ſequentibus Verſic. Reſponſ. & Orat. vt in Ritib. Precum ſimplic. Capitular. Rit. 5.

Act. 4. Poſtea dicto per Præſidentem ℣. *Benedicite*; & ℟. *Deus*: omnibuſque conſedentibus, habebitur ſermo de celebrandis electionibus in genere, vt in Exemplar. Capit. Prouin. pro Act. præſen. Exemp. 15.

Act. 5. Interim autẽ in loco Capituli præparentur menſa oblonga proportionaliter ad longitudinem eiuſdem Capituli, honeſto panno cooperta; Vaſculum in modum Vrnę, & Catinus planus, decentis vtrumq; materiei; tria, vel quatuor Atramentaria cum pluribus calamis; & tot Schedulis, quot numero Vocalium ſufficiat; ac inſuper cœtera omnia, præter Menſam paruam, quæ in Congreſ. 1. Act. 1. diſpoſita fuerunt.

Act. 6. Completo ſermone, Præſidens ita dicere poterit: *Vt ergo, iuxta Oratoris affatum, potiſſimam nobis incumbentem noui Prioris Prouincialis electionem quamcitius perſoluamus, ad Capituli locum nos redire, nunc oportet.* Vel aliter, prout ſibi placuerit. Tuncque bini, & bini procedentes, Caput inclinent Cruci maioris Altaris, vel genuflectant, ſi Ven. Sacramentum in eo ſit, atque cum ſilentio ingrediantur Capitulum, & Crucem ibi, aut Imaginem denuò ſalutantes, vadant iuxta morem conſuetum ad ſua loca, ſed tamen ſtent erecti.

Animaduerſio. Ante ianuam verò eiuſdem Capituli remaneant Conuerſi famuli ad cuſtodiam: quod pariter in omnibus futuris Congreſſibus intra quemuis locum habendis ſemper obſeruari debebit.

Act. 7. Præſidens autem ſtatim præmiſſo Crucis ſigno dicat. ℣. *Adiutorium noſtrum in nomine Domini.* ℟. *Qui fecit Cœlum, & terram.* ℣. *Benedicite*, ℟. *Deus.* Benedictio. ✝. *Dominus vos benedicat, & ab omni malo defendat, & ad*

vi-

vitam perducat æternam, & fidelium animæ per misericordiam Dei requiescant in pace. ℟. *Amen.* Deinde cunctis sedentibus, idem Præsidens expletum insinuando Prouincialatus terminum, commendabit Prioris Prouincialis prudentiam in huiusmodi munere obeundo, si opportunum hoc iudicauerit, vt in Exemplar. Capit. Prouin. pro Act. præsen. Exemp. 16. vel aliter iuxta sui placitum.

Post hæc immediatè surgat Prior Prouincialis, assurgentibus ei omnibus alijs, & ante Præsidentem genuflexus sigillum consignet, officium renunciet, & absolui petat, non dicta tamen sua culpa, idque simpliciter faciet, vel vt in Exemplar. Capit. Prouin. pro Act. præsen. Exemp. 17. Tunc Præsidens respondeat: *Et ego auctoritate, qua fungor in hac parte, accepto renunciationem tuã, & absoluo te ab Officio Prouincialatus huius Prouinciæ N. ✝. In nomine Patris, &c.* Vel vt in Exemplar. Capit. Prouin. pro Act. præsen. Exemp. 18. Cui Prior Prouincialis absolutus deosculata manu, surgens redeat ad sedendum in sui eadem sede, & omnes item sedeant in suis locis. Act. 8.

Subinde Præsidens dicat: *Per alterum igitur ex Iudicibus causarum nomina recitentur omnium Fatrum ius habentium dandi votum in celebratione mox futuræ electionis.* Et tunc vnus ex ipsis surgens, ita pronunciet: *Hi sunt illi Venerabiles Patres, qui in eligendo nouo Priore Prouinciali habere debent vocem actiuam, scil. &c.* vt in Congres. 2. Act. 7. Vnusquisque verò, dum se nominari audit, surgens dicat: Adsum: & iterum sedeat. Qui etiam mos semper obseruabitur, cum in alijs Congressibus nomina Vocalium recitabuntur. His autem recitatis, Præsidens sic iubeat: *Quotquot ergò non fuerunt nominati inter vocem actiuam habentes, de Capitulo egrediantur.* Act 9.

tur.Cui mandato Fratres non Vocales protinus obediãt.

Act.10 Egressis non habentibus vocem actiuam, Præsidens subdat:*Pro vestri autem documento, qui habetis ius ferendi suffragiũ in hac electione, palam nunc legantur Textus Capituli Prouincialis pro Actione præsenti*. Scil. à Tex.9.ad 13.

Act.11 His lectis, Præsidens monebit Vocales de Scrutatoribus eligendis, sicut expedire nouerit; vel vt in Exemplar.Capit.Prouin. pro Act. præsen. Exemp. 19. Postea ex Vocalibus proponat tres Patres diuersorum Conuentuum in Scrutatores eligendos per ballottulas eo penitus modo, quo Iudices causarum in Congres. 1. Act. 7. singuli fuerunt ballottati.

Act.12 Sequuta verò fauorabili ballottatione, Præsidens illos simul ad se vocatos, & coram se genuflexos, postquam præstiterint iuramentum fidelitatis, pectus tangendo secundum morem Sacerdotalem, confirmabit dicens: *Et ego auctoritate, qua fungor in hac parte, confirmo vos in Scrutatores electionum præsentis Capituli, dans vobis omnem facultatem, quam cæteri Scrutatores in alijs Capitulis Prouincialibus habere consueuerunt*. †. *In nomine Patris, &c.* Vel aliter, vt in Exemplar. Capituli Prou. pro Act. præsen. Exemp. 20. Qui deosculata eius manu redeant ad sedendum in suis locis.

Act.13 Deinde posset etiam Præsidens à cœteris Vocalibus exigere iuramentum de meliori eligendo in Priorem Prouincialem. Verum si hoc fieri opportunum non iudicet, saltem moneat ipsos Vocales de propria cuiuslibet obligatione in tam graui negotio, sicut necessarium cognouerit, vel vt in Exemplar. Capit. Prouin. pro Act. præsen. Exemp. 21. Et ad hunc finẽ nullatenus omittat Preces dispositas in Ritib. ipsarum precum simplic. Capitular. Rit. 7.

Act.14 Tunc accedant successiuè diuisim Vocales, iuxta ordinem,

dinem, quo recitati fuerunt ad menſam ibi paratam cum Vaſculo, & Catino in capite, & inferius ſparſis Atramentarijs, calamis, & ſchedulis, ibique cœteris neſcijs ſcribat quilibet in vna ſchedula nomen illius Patris, quem in Priorem Prouincialem eligit, & hanc implicatam, ſiue clauſam mox reponat in dicto Vaſculo, & redeat ad ſuum locum.

Cum autem omnes Vocales ſchedulas à ſe ſcriptas in præfato Vaſculo iam poſuerint, tunc Scrutatores ſe conferant ſimul ad caput menſæ, vbi eſt ipſum Vaſculum, & coram Præſidente (alijs proſpicientibus, ſed non diſcernentibus, nec audientibus) ſchedulas extrahentes ponant in Catino, illaſque numerantes iuxta numerum Vocalium hinc reponant in eodem Vaſculo. Deinde ſigillatim eas iterum extrahant, ſecretò legant, & acu perforatas filo appendant, notantes vota, quæ in diuerſos Patres conueniſſe reperiunt, ac ſub nomine cuiuslibet eorum in folio ſignantes, quot vni, & quot alteri data fuerint. Act.15.

Huiuſmodi autem Nota ſignis expreſſa, licet facienda ſit in linea oblonga, non tamen per alias lineas tranſuerſales, ſed per ordinales numeros tali modo 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. &c. Ita enim abſque noua computatione, & ſine periculo errandi ſtatim innoteſcet, quot ſuffragia vnus, & quot alter in ſui fauorem habuerit. Animaduerſio.

Si ergo maior pars votorum ſupra medietatem in quempiam conueniſſe inueniatur, ſchedulis prius combuſtis, procedatur ad publicationem, vt infra; ſin minus, aliter agendum eſt, vt in ſuis Notationibus dicetur. Act.16.

Ianua Capituli aperta, & pulſata Campanula Clauſtri (ad quod ſignum omnes etiam Campanæ pulſabuntur in Campanili, accendentur Candelæ in maiori Altari, ponentur ibi ſupra vltimum gradum tres ſedes, & Act.17

pre-

præparabuntur Cruciferarius cum Cruce, ac Ceroferarij cum Candelabris illuminatis propè ipſum Capitulũ; atque conuenientibus alijs Fratribus etiam non Capitularibus ante dictam ianuam, antiquior Scrutatorum in altum conſcendens intelligibili, & clara voce ſic pronunciabit electionem, videl. *In nomine Domini noſtri IESV Chriſti benedicti. Amen. Anno eiuſdem milleſimo, &c. die, &c. menſis, &c. Ego Frater N. primus Scrutatorum præſentis electionis Spiritus Sancti gratia inuocata, nomine meo, & nomine omnium, ad quos hæc ſpectat, eligo in Priorem Prouincialem huius Prouinciæ N. Reu. P. Fratrem N. de N.*

Act.18 Hac pronunciatione facta, Præſidens exigere poſſet à Priore Prouinciali electo genuflectente fidei profeſſionem iuxta deſcriptum modum in Exemplar. Capit. Prouin. pro Act. præſen. Exemp. 22. Verum ſi talis mos non fuerit introductus, & ipſe Præſidens illum non cenſuerit expedientem, omiſſa huiuſmodi profeſſione fidei, ſtatim Cantores ſolemniter incipiant Hymnum: *Te Deum laudamus, &c.* quem cæteri proſequentur alternatim in cantu, & poſt Cruciferarium inter Ceroferarios moueatur proceſſio in Eccleſiam, ſeruato vſque ad finem eiuſdem Proceſſionis totali ordine, ac forma, & cantatis omnibus precibus, ac orationibus propè Altare maius, quę deſignantur in Ritib. Proceſ. Capitular. Rit. 1.

Act 19 Deinde, præuijs altari debitis reuerentijs, Præſidens ſupremum gradum ipſius Altaris conſcendens, in vna ex tribus ſedibus ibi præparatis ſedeat, videl. in media, & Priori Prouinciali electo ad ſe venienti, atque genuflectenti conſignet magnum ſigillum Prouinciæ, vtens conſimilibus verbis. *Accipe, Reu. Pater, ſatis graue tibi commiſſum onus regendi hanc Prouinciam N. nec te propterea vnquam extollas, ſed humiliare ſub potenti manu Dei, & ſpera in eo, qui dabit tibi omnes petitiones cordis*

tui.

tui. Refpondeat Prior Prouincialis electus; *Accipio, quod mihi exhibes huius noftræ Prouinciæ figillũ, & quamquam inde mihi pondus impofitum longè impar viribus meis agnofcam: omnia tamen poffe confidam in eo, qui me confortabit Chriftus.* Subdat Præfidens: *Et ego virtutem diuini auxilij non ignorans, eamque non defuturam fperans, auctoritate, qua fungor in hac parte, confirmo te in Priorem Prouincialem huius Prouinciæ N. dans tibi omnem facultatem, & poteftatem in fpiritualibus, & temporalibus, quas cæteri Priores Prouinciales eiufdem Prouinciæ habere confueuerunt. †. In nomine Patris, &c.* Vel aliter vt in Examplar. Capit. Prouin. pro Act. præfen. Exemp. 23.

Tunc pulfantibus Organis, Pręfidens erigat Priorem Prouincialem confirmatum, illumque poft factam Altari debitam reuerentiam collocet in fede à dextris pofita, & aliquantulum inclinatus deofculetur eius manum, ac poftea vterque fedeat. Mox cum eadem folita reuerentia, tum Altari, tum Præfidenti, ad ipfum Priorem Prouincialem confirmatum accedat Prior Prouincialis abfolutus, & vno faltem genuflexo fimiliter eius manum deofculetur, ac ftatim furgens vadat ad fedendum in alia fede à finiftris. Deinde cæteri Patres, ac Fratres, qui proceffionaliter feparati manebant in longitudine Templi, fucceffiuè accedentes, non turmatim, fed ordine, quem inter fe bini retinebant, à dignioribus incipiendo, & ambobus flexis genibus in fignum obedientiæ pariter eius manum deofculentur. Qua peracta deofculatione, Præfidens erectus dicat. ℣. *Sit nomen Domini benedictum.* ℟. *Ex hoc nunc, & vfque in fæculum,* Tuncque omnes Altari facta reuerentia debita bini, & bini ab Ecclefia recedant in Conuentum. Act. 20

ACTIO-

ACTIONES QVINTI CONGRESSVS

De Electione Definitorum Prouinciæ.

Act. 1. EAdem die Sabbati post Nonam, aut saltem post Vesperas, præparatis intra locum Capituli super scabellum tribus sedibus in capite tituli, necnon super mensam Vasculo cum Catino, Atramentarijs, calamis, & schedulis, datoque signo Campanulæ tum Claustri, tum Campanilis, ingrediantur Vocales omnes ipsum Capitulum, & Crucem, siue Imaginem salutantes vadant ad sedendum in proprijs locis, videl. Prior Prouincialis electus in sede à dextris, Prior Prouincialis absolutus in sede à sinistris, Præsidens in sede media, & in scamnis sibi de more conuenientibus alij. Mox ad nutum Præsidentis genuflexis, alternatim sine nota dicatur, eo incipiente, Hymnus *Veni Creator Spiritus, &c.* cum reliquis Versic. Respons. & Orat. vt in Ritib. Precum simplic. Capitular. Rit. 6.

Act. 2. Illis finitis, surgant omnes, & statim Præsidens sibi facto signo Crucis dicat ℣. *Adiutorium nostrum in nomine Domini.* ℟. *Qui fecit Cælum, & terram* ℣. *Benedicite.* ℟. *Deus.* Benedictio. ✝. *Dominus vos benedicat, & ab omni malo defendat, & ad vitam perducat æternam, & fidelium animæ per misericordiam Dei requiescant in pace.* ℟. *Amen.* Tuncque iterum sedentibus, pro notitia gerenren-

rendorum Præſidens mandet legi Textus Capit. Prouin. pro Act. præſen. à Tex. 13. ad 16.

His lectis, & minimè factis ſuorum officiorum per Definitores actuales renunciationibus, Præſidens adhortetur Vocales, ſicut expedire cognouerit, ad huiuſmodi electionem faciendam, vel vt in Exemplar. Capit. Prouin. pro Act. præſen. Exemp 24. Act. 3.

Mox idem Præſidens iubeat recitari nomina Vocalium, ſicut recitata fuerunt prima vice, quatenus innoteſcat, num ſinguli adſint, & iuxta eorum numerum calculari poſſint ſuffragia. Verumtamen nunc addendum eſt Prouincialis electi nomen, & immediatè poſt illum nominandus eſt Prouincialis abſolutus. Act. 4.

Deinde, cum quatuor Definitores ſimul eligi debeant per ſchedulas, quilibet Vocalis iuxta recitationis ſeriem accedat ſeparatim ad menſam, & ibi cœteris neſcijs ſcribat in vna, & eadem ſchedula quatuor nomina illorum Patrum, quos in Definitores intendit eligere, hancquè clauſam ſtatim reponat in Vaſculo, & redeat ad ſuum locum. Act. 5.

Poſtquam autem omnes Vocales ſchedulas à ſe ſcriptas in dicto Vaſculo poſuerint, tunc fiat ſcrutinium per Patres Scrutatores, vti factum eſt pro electione Prioris Prouincialis in Congreſ.4. Act. 15. Non tamen hæc Definitorum electio requirit maiorem partem votorum, ſed illi quatuor Patres, in quos plura vota conuenerint, etiam non ſupra medietatem, cenſentur electi. Præter iſtos quatuor, notabuntur alij tres Patres, qui habuerunt pauciores voces, & inter hos priori loco, qui plures habuit. Act. 6

Sequuta verò electione de prædictis quatuor Definitoribus, antiquior Scrutatorum publicabit eam, dicens: *Ego Frater N. primus Scrutatorum huius Capituli Prouincialis,* Act. 7.

cialis, nomine meo, & nomine omnium, ad quos hæc Definitorum electio pertinet, eligo in Definitores præsentis Capituli nostræ Prouinciæ N. Reuerendos Patres in Christo, Fratrem N. & Fratrem N. &c. Quos simul aduocatos, & coram se genuflexos Præsidens confirmans dicat: *Et ego auctoritate, qua fungor in hac parte, confirmo vos in Definitores præsentis Capituli nostræ Prouinciæ N. dans vobis omnem facultatem, & potestatem, quam cæteri Definitores aliorum Capitulorum Prouincialium habere consueuerunt. †. In nomine Patris, &c.* Vel aliter, vt in Exemplar. Capit. Prouin. pro Act. præsen. Exemp. 25. Hi verò deosculata manu Præsidentis ad sedendum vadant in scamnis supra Definitores præteriti Capituli, seruantes inter se ordinem sui gradus, vel professionis, si graduati non sint.


Act. 8. Mox publicentur etiam, atque confirmentur (sine tamen vlla solemnitate) illi tres Patres in supplementum Definitorio addendi; non quidem iuxta prioritatem gradus, vel professionis, sed tantummodo secundum pluralitatem vocum sibi fauorabilium; qui nihilominus interea non gaudebunt aliqua prærogatiua.

Act. 9. Tandem Præsidens iubeat, vt qui litteras habent Definitorio porrigendas, vltimo, ex Definitoribus electis illas tradant. Hic verò eas reponat in sacculo, vt postea ipsi Definitorio præsentet. Atque dicto per Præsidentem ℣. *Sit nomen Domini benedictum:* & per alios. ℟. *Ex hoc nunc, & vsque in sæculum:* inde omnes compositè recedant.

Ani-

Animaduerſio.

VT autem Capitulum totum citius ſoluatur, ac propterea diminuantur expenſæ, ſuperiori quinto Congreſſui ſatis aptè poſſunt copulari actiones infrapoſiti Congreſ. 10. ſcilicet immediatè poſt electionem quatuor Definitorum eligendo Viſitatores Prouinciæ, ac etiam Definitorem, & Diſcretum Capituli Generalis, omnibus ſeruatis de reliquo ſeruandis, quæ iuxta Conſtitutiones Ordinis ibi præſcribuntur; ſed ita tamen, vt per hoc nemini præiudicetur, nec vlli ex nuper electis nouum acquiratur ius præcedentiæ, aut vocis actiuæ in hoc Capitulo, non ſecus atque ſi electiones præfatæ ſub eodem Congreſ. 10. fierent. Idque nullam inualiditatis ſuſpicionem inducere putandum eſt: quia Conſtitutiones noſtræ in huiuſmodi poſterioribus electionibus non determinant tempus, ante quod, vel poſt quod Electoribus ferre ſuffragia non competat, ſed tantum deſignant procedendi ordinem, à quo nec ipſorum Electorum facultatem, nec electionis formam per ſe dependere, liquidò patet.



ACTIONES SEXTI CONGRESSVS

De Processione cum Missa cantata, & Concione extra nostram Ecclesiam facienda.

Act.1. IPsa Dominica tertia post Pascha Resurrectionis publica Processio fieri debet; pro qua prius habito consensu Ordinarij loci, & monito iam Concionatore prædicaturo, designetur Ecclesia, ad quam eundum, & via, per quam transeundum est; constituantur Ordinatores, qui cum modestia, & absque strepitu Fratres disponãt, ac instruant. & ordinatè deducant, necnon plures Cantores, Subdiaconus, Diaconus, & Sacerdos Missam solemniter celebraturus destinentur.

Act.2. Mane autem diluculo, pulsata Campanula tum Claustri, tum Campanilis, & congregatis Patribus, ac Fratribus in loco Capituli, vel in Choro, Præsidens indicabit formam Processionis, eosquè hortabitur ad æqualiter, compositè, & honestè incedendum, vt in Exemplar. Capit.Prouin. pro Act. præsen.Exemp.26.

Act.3. Deinde statim moueatur ipsa Processio à porta Capituli, vel Chori secundum modum eundi, standi, & redeundi præscriptum in Ritib. Proces. Capitular.Rit.3.

COM-

COMMVNES

REGVLAE

In singulis respectiuè futuris, Congressibus Definitorij adimplendæ.

1 SEquentes Congressus, sub Definitorij titulo habendi, non sibi determinatam diem, & horam præfigunt, sed ad beneplacitum Præsidentis iuxta temporis opportunitatem dispositi, vel duo in vnum congeri, vel vnus in plures diuidi poterunt, dummodo tamen quotidie bis, & ter etiam, si fieri concessum est, habeantur, ita vt feria quarta, vel saltem quinta immediatè post Dominicam tertiam Paschatis, quæcumq; Capituli negotia sint completè absoluta, & Fratres omnes ab eodem Capitulo penitus licentiati.

2 Iidem Congressus non fient in loco magno Capituli, sed in alio minori, & secreto, vbi sit Altare, vel sacra Imago, & reperiatur mensa oblonga, siue in longitudinem loci protensa, & honesto panno cooperta; super quam in medio retineatur Bussula cum duobus Catinulis, ac ballottulis sufficientibus albis, & nigris numero ferè paribus, Atramentarijs, & calamis; quæquè commodè possit capere nouem Patres Vocales Definitorio adscriptos, videl. Præsidentem, Prouinciales, electum, & absolutum, quatuor Definitores electos, & duos priores immediatè Capituli Visitatores. Qui omnes de mane, antequam illuc accedant, missam celebrabunt, vel saltem audient in loco ad id deputato, nisi forsan missæ Conuentuali interesse debeant.

3 Præter

3 Præter eosdem nouẽ Patres Vocales tempore Definitorij nullus ibi manebit, nec etiam audientiæ causa quis ad eius ingressum admittetur, nisi ob negotia ad illud spectantia; pro quibus, & alijs occurrentibus duo saltem Conuersi famuli ante ostium Custodes semper assistent.

4 In quouis Congressu habendo, ad nutum Præsidentis signum detur Campanulæ Claustri, necnon dicti Custodes eant vocatum præinsinuatos alios ex nouem Patribus Vocalibus; qui statim in Definitorium conuenientes, atque Cruci, seu Imagini reuerentiam exhibentes, cum Præsidens genuflexerit, simul omnes genuflectant, & illo sine notis intonante Hymnum: *Veni Creator Spiritus, &c.* alternatim eum prosequantur, cum reliquis Versic. Respons. & Orat. vt in Ritib. precum simplic. Capitular. videlicet Rit. 5. pro Congressibus non electiuis, & Rit. 6. pro Congressibus electiuis.

5 Deinde surgentes, & ad mensam accedentes, ita stent dispositi, vt in capite maneat Præsidens, à dextris Prouincialis electus, primus, ac tertius Definitor, & primus Visitator; à sinistris verò Prouincialis absolutus, secundus, ac quartus Definitor, & secundus Visitator. Mox Præsidens signo Crucis se muniens, dicat ℣. *Adiutorium nostrum in nomine Domini.* ℟. *Qui fecit Cælum, & terram.* ℣. *Benedicite.* ℟. *Deus.* Benedictio. †. *Dominus vos benedicat, & ab omni malo defendat, & ad vitam perducat æternam, & fidelium animæ per misericordiam Dei requiescant in pace.* ℟. *Amen:* Tunque sedeant omnes, & ad negotia in Definitorio tractanda procedant.

6 Quoties facienda est aliqua ballottatio, poterit hæc fieri absque discessu Patrum consedentium à proprio loco, singuli post Præsidentem ordinatè accipiendo duas ballottulas ex altero Catinulo, scil. albam pro voto affir-

affirmatiuo, & nigram pro negatiuo, quarum vnam abſcondité reponent in Buſſula. Deinde ab vno ex Definitoribus ballottulæ in ea contentæ reuerſentur in altero Catinulo, & hic Præſidenti tradatur: qui cum Prouincialibus electo, & abſoluto, palàm videntibus alijs, & omninò audientibus, numerabit eaſdem ballottulas iuxta numerum votantium, & repertis albis ſuperare nigras, pronunciabit ballottationem eſſe fauorabilem, & ballottatum (ſi agatur de Prioris, vel Officialis alicuius electione) fuiſſe canonicè electum.

7 Prædicta ergò cuncta reſpectiuè obſeruari debebunt generatim in ſingulis futuris Congreſſibus Definitorij; & in cuiuslibet fine, poſt intimatum ſequentem tunc Congreſſum, ſemper dicetur à Præſidente ℣. *Sit nomen Domini benedictum*: Et à cæteris ℟. *Ex hoc nunc, & vſque in ſæculum*. Hinc niſi Capitularium geſtorum ſpecialis rector in Definitorem aſſumptus iam fuerit, vel actu ſit Viſitator, nouus alius de corpore Definitorij exiſtens in eius locum aſſumendus erit, ſub cuius directione reliqua in ipſo tantum Definitorio gerenda ordinatè diſponantur.



ACTIO-

ACTIONES SEPTIMI CONGRESSVS

Et quoad Definitorium Primi.

De litteris, & Visitationibus legendis; Secretario Prouinciæ, Cancellarijs, & Examinatoribus constituendis; Discretis audiendis; rationibus dati, & accepti perpendendis, nec non decisionibus, ac definitionibus pro bono tam priuato, quam publico faciendis.

Act. 1. PRæmissis, quę præmittenda sunt, vt supra in commun. Regulis, num. 4. & 5. Præsidens iubeat legi per dictum Rectorem Textus Capit. Prouin. pro Act. præsen. à Tex. 16. ad 26.

Act. 2. His lectis, Præsidens subdat: *Cum ergo, Reuerendi Patres, quæ non solum in præsenti, sed in futuris etiam Definitorij Congressibus, nobis tractanda committuntur, eius profectò sint generis, vt contecta silentio ad nullius extranei no[illegible] m peruenire debeant; idcircò nostrarum Constitutionum obtemperans mandato, sub pœna priuationis vtriusq; vocis per quinquennium, ipso facto incurrenda, vobis præcipio secretum negotiorum omnium ad Definitorium spectantium; ita vt durante Capitulo nemini extra corpus dicti Definitorij absque licentia totius eiusdem Definitorij hac* re-

reuelentur; nec dimisso Capitulo quidquam eorum propaletur, quod in detrimentum, vel infamiam alicuius, vel ad seminandas discordias vergere possit. Et vt indubitanter totum id adimpleatur, sicut ipsemet iuro, sic etiam à vobis iuramentum exposco. Vel aliter, vt in Exemplar. Capit. Prouin. pro Act. præsen. Exem. 27.

Præstito autem iuramento secundum morem sacerdotalem, tangendo pectus, cum non sit necessarium iurare super Sancta Euangelia Dei: ad nutum Præsidentis vnus ex Patribus Definitorij singulas litteras non solum publicas Conuentuum, & priuatas Fratrum, siue Monialium, sed etiam secularium, tam clausas, quam patentes ipsi Definitorio directas, coram omnibus videntibus, & audientibus distinctè legat: alius verò petitiones in quacumque illarum factas summariè notabit, vid. in vno quaterno eas, quæ decisionem, vel responsum exigere videntur; & in altero eas, quæ mutationes Fratrum de loco ad locum tantum concernunt; necnon alius easdem litteras successiuè lectas (quæ ad finem vsque Capituli seruandæ sunt) distinctis filis colligabit, scilicet altero Fratrum, ac Monialium, & altero Secularium. Act. 3.

Mox deputent aliquem, siue aliquos fidos, ac discretos Definitorij Cancellarios, qui non solum respondeãt litteris tam Fratrum, siue Monialium, quam Secularium, & maximè Principum, Prælatorũ, ac nobilium Dominorum, quibus, quomodo, & quando Patres Definitorij respondendũ mandauerint, sed etiam alia, quæ iuxta opportunitatem notari, vel copiari, vel registrari extra Definitorium necesse fuerit, custodito secreto fideliter scribant. Litteræ autem responsiuę ipsius Definitorij tum sigillo Prouinciæ, tum manu Præsidentis cõmunientur. Act. 4.

Hac occasione, cum procedendi ordo non sit essen- Act. 5.

tialis, vt aliàs dictum est, poterunt, atque debebunt eligere Socium Prioris Prouincialis, communiter nuncupatum Prouinciæ Secretarium, vt vna cum reliquis Definitorij Cancellarijs scribat, notet, copiet, ac registret, quæ scribenda, notanda, copianda, & registranda erunt. Talem autem electionem, vt ostendetur in proprijs Notationibus fieri oportet per ballotulas modo præscripto in commun. Regulis, num. 6. Verum congruenter nominationem faciet Prior Prouincialis electus, cui toto sui Prouincialatus tempore Secretarius eligendus inseruire debet.

Act. 6. Post sequutam electionem, Præsidens nouum Secretarium Prouinciæ ad se vocatum, & coram se genuflexum confirmabit dicens: *Et ego auctoritate, qua fungor in hac parte, confirmo te in Socium Reuerendi Patris Prouincialis, ac Secretarium Prouinciæ; dans tibi omnem facultatem, & potestatem, quam cæteri Socij, & Secretarij habere consueuerunt.* ✝. *In nomine Patris, &c.* Vel aliter, vt in Exemplar. Capit. Prouin. pro Act. præsen. Exemp. 28. Qui deosculata manu Præsidentis, à Definitorio recedet.

Act. 7. Deinde constituent tres sufficientes Examinatores pro ijs, qui tum ad Secularium Confessiones, tum ad Ordines, tum ad Prædicationem, tum ad studium ibi de præsentibus erunt promouendi. Hos Præsidens ad se vocatos monebit de officio eis collato, de rigore examinis per illos faciendi, ac de informatione postremò ab eisdem sub iuramento danda ipsi Definitorio; & adhibere poterit, si voluerit, præscripta verba in Exemp. Capit. Prouin. pro Act. præsen. Exemp. 29.

Act. 8. Postea litteras rationum à Prioribus delatas quoad introitum, & exitum diligenter considerent, receptum, & datum calculent, atque eorum summas scribi faciant, vt hæc Priori Prouinciali electo postea tradantur, &

cum

cum originalibus libris Conuentuum tempore Visitationis conferantur. Pro qua re iuxta exigentiam poterunt vocare ipsos Priores, vel respectiuè aliquos eorum ad informandum; quibus etiam singulis restituentur litteræ sui Conuentus, ne fraudem aliquam moliri contingat. Ita etiam tunc recognoscant, & probent rationes introitus, ac exitus Prioris Prouincialis absoluti, per Iudices causarum iam reuisas.

Mox vocentur iuxta ordinem, quo iam pridem recitati fuerunt, Discreti singulorum Conuentuum, vel Priores eorum, qui ad Capitulum non miserunt discretum, & successiuè audiantur circa petitiones tam publicas ipsorum Conuentuum, quam priuatas Fratrum, siue Monialium, sed contentas solum in litteris, quas manu Auctorum roboratas detulerunt, ac Definitorio legendas iam præsentauerunt; & non aliter, nec alio modo. Si autem ijs auditis, quidquam de nouo sit adnotandum, respectiuè in quaterno, vel decisionum, vel mutationum faciendarum adnotetur. Act. 9.

Subinde Visitatores ibidem existentes de corpore Definitorij, producant acta suæ Visitationis legenda; & tunc Prior Prouincialis absolutus, facta Præsidenti debita reuerentia, Definitorium egrediatur non reuersurus, donec iussu eiusdem Præsidentis vocatus fuerit. Si quis etiam Prior localis fortè in Definitorem electus ibi reperiatur, hoc idem faciet, quando sui Conuentus Visitatio proponetur. Act. 10

Culpis autem Fratrum inde resultantibus diligenter consideratis, eorum præsertim nomina, qui ob id admonendi erunt, licet ipsi non petant, in quaterno mutandorum notabuntur cum assignata causa mutationis, & titulo Conuentus, ex quo amoueri debent. Act. 11

Post hæc, de omnibus, & singulis, quæ superius iam Act. 12

prælecta, reuisa, & prænotata respectiuè fuerunt (præter mutationes Fratrum differendas in sequentem octauum Congressum) quid respondendum, concedendum, negandum, mandandum, statuendum, & ordinandum sit, nedum quoad speciales personas, sed etiam quoad ipsos Conuentus, matura deliberatione sigillatim decidatur, ac determinetur.

Act.13 Tandem omnes aliorum Capitulorum Prouincię Definitiones, quæ adhuc in viridi sunt obseruantia, publicè legantur, ac si quid pro temporum varietate mutandum, moderandum, delendum, vel superaddendum fuerit, mutetur, modificetur, deleatur, & superaddatur; nouas etiam condendo Definitiones, si opus sit, & quæ remanserint intactæ, iterum per aliquam saltem clausulam generalem confirmentur.

Animaduersiones.

IN pœnis relaxandis caueant Patres Definitorij, ne faciles nimium sint, neue sui facultatem excedant; atque ideo nullius petitioni satisfaciant, qui vocem actiuam, vel passiuam sibi restitui postulauerint, nisi in supplicatione illius fiat expressa mentio causæ priuationis, ac temporis, in quo fuit priuatus; & hoc in quauis alia petititione cuiuslibet pœnę, seu pœnitentiæ remittendæ seruetur.

Omnia verò sub postremis duab. actionib. prædicta, in particulari quaterno fideliter conscribantur per aliquem Definitorij Patrem (vti etiam in posterum alia similiter intra Definitorium gerenda) necnon deinde per nouum Secretarium Prouinciæ vnà cum reliquis Capituli actibus in libro eiusdem Prouinciæ transcribantur

modo,

modo, & forma, sub Capituli fine insinuandis. Quæ tamen speciales personas concernunt, ac propterea in manibus illarum consignari debent, per eundem Secretarium de ijs copiæ authenticæ fient munitæ sigillo Prouinciæ, singulis postea tradendæ.

Breuitatis autem gratia non erit importunum, reuisiones statuum, siue introitus, & exitus Conuentuum multò ante committere Iudicibus causarum, qui deinde hoc loco referant; & nihilominus si adhuc tempus non supersit, vt singula hic proposita omninò expediantur: quæ decidenda, seu definienda erant pro communi bono tam ipsorum Conuentuum, quàm totius Prouinciæ, in Congressum nonum differri poterunt.

ACTIONES OCTAVI CONGRESSVS

Et quoad Definitorium secundi.

De institutione Priorum, & Officialium; dispositione familiarum; expulsione Fratrum, & promotione ad Ordines, Confessiones, Prædicationem, & studium.

PRæmittantur, quæ debent præmitti, ac deinde Præsidens mandet legi Textus Capit. Prouin. pro Act. præsen. à Tex. 25. ad 35. Act. 1.

His lectis, Præsidens dicat: *Ex præscripto nostrarum* Act. 2.

Con-

Constitutionum, quas modò audistis, Patres Reuerendi, tum ad Priorum, & Officialium electionem, tum etiam ad familiarum institutionem, & aliarum quarumdam rerum ijs annexarum dispositionem prouidere debemus. Quibus certè in expeditionibus, Dei timore præ oculis habito, facultate nobis concessa tam prudenter, & modestè vti oportet, ne qui ob morum forsan improbitatem puniri merentur, illos præmio remunerari contingat, ne ue quos è contrariò propter vitæ regularis disciplinam extolli necesse esset, hi fortè spreti penitus conculcari videantur: etenim, cum mali semper in oppositum conari aduersus bonos præsumant, sine dubio actũ erit de re publica nostræ Prouinciæ, si criminosis, & indignis ex voto sui plenè cohonestatis, probos ac benemeritos cuiuscumque honoris, vel etiam consolationis spe frustratos, omninò postponi non ignoranter permittamus. Quo igitur præsertim spectat ad ipsos Priores, & Officiales eligendos, iuxta præfatas nostras Constitutiones vnusquisque vestrum iurare tenetur, se nonnisi eis suffragaturum, quos ad munera propositos, magis capaces, & vtiles in Domino cognouerit. Vel, vt in Exemplar. Capit. Prouin. pro Act. præsen. Excp. 30.

Act. 3. Eo autem iuramento præstito iuxta morem Sacerdotalem pectus tangendo: Præsidens, Prouincialis electus, & absolutus, primus, ac secundus Definitor, viua voce nominabunt tres Patres, vel etiam plures, vt ex illis vnum omnes de corpore Definitorij per ballottulas Priorem eligant primi Conuentus, incipientes ballottare eum, qui primo loco potitur in Religione. Hic verò si habuerit plures sibi fauorabiles ballottulas albas, quam contrarias nigras, censebitur electus, nec amplius vltra procedetur; sin minus, ballottabitur secundus, ac pariter tertius, si reprobetur secundus; & in casu, quo nullum ex propositis eligi contingat, ijdem Patres simili modo nominabunt alios, donec tali Conuentui de Prio-

re

re fuerit prouifum. Ballottatio autem, & fcrutinium fiet, vt in commun. Regulis, num. 6. attamen ipfa electio tunc non publicabitur extra Definitorium, fed tantum à Præfidente pronunciata in fpeciali quaterno per aliquem ex Definitoribus notabitur.

Mox pro fecundo Conuentu Præfidens, ac tertius, & quartus Definitor cum duobus Vifitatoribus, nominabunt tres alios Patres in Priorem, feruatis feruandis, vt fupra; & ita etiam de cæteris Prioribus eligendis alternatim fiet. Act.4.

Vbi non eft in vfu Decretum Reuerendiff.Patris Gen. Fiuizani, licet in eodem Conuentu nemo fit reeligendus Prior, nifi ratione noui ædificij conftruendi, vel magnæ fabricæ incoeptæ, nihilominus in diuerfis pluries quis eligi poterit, fi Patres Definitorij hoc expedire iudicauerint. Nullus verò de corpore Definitorij eligibilis fimpliciter eft tam ad Prioratum, quam ad officium quodcumque aliud, cuius prouifio eidem Definitorio incumbit. Animaduerfio.

Poft electos Priores, immediatè videntur eligi debere Officiales, nempè Subpriores, Monialium Vicarij, feu Confeffores, Magiftri Nouitiorum, Sacriftæ, & Procuratores fingulorum Conuentuum; in quorum electionibus procedetur eodem modo, & ordine, quo proceffum eft in eligendis Prioribus. Act.5.

Deinde, fi qui promouendi funt ad Ordines facros, vel ad Confeffiones fecularium, vel ad Prædicationem, vel ad ftudium, habità relatione fub iuramento Patrum Examinatorum, per ballottulas admittantur. Act.6.

Si quos etiam a Prouincia licentiari, vel iuxta Regulæ, atque Conftitutionum formam à noftra Societate proijci oporteat, ne plurimos contagione peftifera perdant, hic feruatis alias feruandis cum dilectione hominum, Act.7.

num, & odio vitiorum, id fieri poterit:

Act. 8. Poſtea familiæ diſponantur cum aſſignatione tot Fratrum; quot ex proprijs redditibus Monaſterij, ac fidelium eleemoſynis ſuſtentari poſſint; conſtituendo inter eos pro minoribus Conuentibus duos, & pro maioribus quatuor Patres Deputatos, ex Vocalibus, ſeu etiam Officialibus aſſumptos, qui vna cum illis negotia eorumdem Conuentuum tractent: nominatis 1. Sacerdotibus; 2. Profeſſis Clericis, 3. Nouitijs pariter Clericis; 4. Conuerſis, ſiue Laicis Profeſsis; & 5. non Profeſsis; cum expreſsione graduum, officiorum, ac titulorum ſingulis reſpectiuè competentium, & ordine conſueto præcedendi ſeruato.

Animaduerſiones.

Cauendum autem præſertim eſt, *ne in vno Conuentu* ſolis habilibus, & vtilibus collocatis, in altero inhabiles omnes, ac inutiles collocentur; neuè diſcoli ponantur in Monaſterijs, vbi regularis diſciplina tepeſcit, ſed in illis, vbi religioſa obſeruantia vigente melius corrigi, & cuſtodiri queant.

Item Definitores Prouinciæ collocandi ſunt vel in Conuentu, quem ſibi elegerit Prior Prouincialis, vel in parum diſtanti, ſeu diſtantibus, vt facilè aduocari, ſimulque conuenire poſſint, cum opus fuerit.

ACTIO-

ACTIONES
NONI
CONGRESSVS,
Et quoad Definitorium tertij.

De Collecta, & quæſta, ac noui loci receptione, & Conuentus deſignatione pro futuro proximo Capitulo.

PRæmiſsis alias præmittendis, mandabit Præſidens legi Textus Capit. Prouin. pro Act. præſen. à Tex. 35. ad 39. Act. 1.

His lectis, ſi deciſiones, & definitiones faciendæ pro Communitate, vel Conuentuum, vel Prouinciæ, in Congreſ. 7. factæ non fuerint, in præſentis exordio conſultius fieri debebunt, præcedente monitione ad beneplacitum Præſidentis, vel vt in Exemplar. Capit. Prouin. pro Act. præſen. Exemp. 31. Act. 2.

Subinde communis taxari poterit Collecta, præter ordinariam, & applicari publico bono Prouinciæ, vel reſtaurationi, ſeu ædificationi Conuentuum iuxta eorum indigentiam. Act. 3.

Poſtea ſi quis locus de nouo recipiendus erit, præhabito conſilio aliquorum Patrum ſeniorum Prouinciæ, & ſeruatis alias ſeruandis iuxta Conſtitutiones Apoſtolicas, eius receptio vltimatè comprobetur, dummodo illam Patres Definitorij expedientem iudicent. Act. 4.

Act. 5. Quæstam etiam Conuentuum Prouinciæ intra eamdem prudenter diuidant, ac disponant, ita vt ex multitudine Fratrum quæstuantium generari nullum possit scandalum.

Act. 6. Prædeterminent quoque locum celebrandi futuri Capituli; necnon si quid aliud definiendum est pro bono, siue publico, siue priuato, nullatenus indefinitum relinquant, vt rebus cunctis ritè, ac rectè ordinatis, Prouincia tota vsque ad ipsum futurum Capitulum quiescere valeat in pace.

ACTIONES
DECIMI
CONGRESSVS.

De Visitatorum Prouinciæ, ac Desinitoris, & Discreti pro Capitulo Generali, Electionibus.

Act. 1. SI post electionem Definitorum in Congres. 5. immediatè non fuerint electi duo visitatores Prouinciæ, vt ibi sub fine animaduertimus, hic eligi debebunt, non quidem in Definitorio, sed in pleno cunctorum Vocalium Capitulo. Pulsata ergo Campanula tum Claustri, tum Campanilis, præparatis præparandis, & præmissis omnibus præmittendis, vt in eodem Congres. 5. Act. 1. Præsidens sibi facto signo Crucis dicat ℣. *Adiutorium nostrum, &c.* ℟. *Qui fecit Cælum, &c.* ℣. *Benedicite.* ℟. *Deus.* Benedictio. †. *Dominus vos benedicat, &c.* Hisque dictis, & consedentibus omnibus, Præsidens

dens mandabit legi per Secretarium electum Textus Capit. Prouin. scil. pro Visitatoribus Prouinciæ à Tex. 39. ad 41. & pro Definitore, ac Discreto Capituli Generalis, si horum electio fieri debeat à Tex. 41. vsquead finem.

Lectis respectiuè his Textibus, Præsidens monere poterit Vocales ad huiusmodi electiones ritè faciendas iuxta Constitutionum tenorem, & adhibebit verba, quæ sibi videbuntur opportuna, vel quæ habentur descripta in Exemplar. Capit. Prouin. pro Act. præsen. Exem. 32 Act. 2

Mox recitentur nomina Vocalium, sicut recitata fuerunt in dicto Congref. 5. Act. 4. superadditis nunc quatuor Definitoribus electis, & Secretario Prouinciæ item electo, necnon post illos nominatis alijs quatuor Definitoribus absolutis, & post istum Secretario item absoluto. Act. 3.

Ex tunc Vocales iuxta recitationis seriem accedant separatim ad mensam, vbi schedulæ sunt, atque in vna, & eadem scribant nomina duorum Visitatorum, quos eligere intendunt, non tamen de corpore Definitorij; obseruantes in reliquis totum id, quod fuit obseruatum pro scrutinio Definitorum in præfato Congref. 5. Act. 5. & 6. tantum excepto, quod præsens electio debet esse canonica, vid. supra medietatem votorum respectu cuiuslibet Visitatoris eligendi. Vnde dato casu, quod maior pars Vocalium in vnum solum, vel in nullum conueniat, tunc procedendum erit iuxta formam designatam in suis notationibus. Act. 4.

Sequuta electione, antiquior Scrutatorum publicabit eam dicens: *Ego F. N. primus Scrutatorum huius Capituli Prouincialis, nomine meo, & nomine omnium, ad quos præsens electio spectat, eligo in Visitatores nostræ Prouinciæ N. Reuerendos Patres in Christo Fratrem N. & Fratrem. N. &c.* Quos simul aduocatos, & coram se genuflexos, Præsidens confirmans, dicat: *Et ego auctoritate qua fun-* Act. 5.

 gor

gor in hac parte, confirmo vos in visitatores nostra Prouincia N. dans vobis omnem facultatem, & potestatem, quam cateri Visitatores eiusdem Prouincia habere consueuerunt. †. *In nomine Patris, &c.* Vel aliter, vt in Exemplar. Capit. Prouin. pro Act. præsen. Exem. 33. Hi verò deosculata manu Præsidentis redeant ad sedendum in suis locis, si propter alium titulum sint de numero Vocalium; sin minus, egrediantur à Capitulo.

Act. 6. Postea si biennio sequenti, vel triennio, vel quadriennio, respectiuè quoad Prouincias Italiæ, Vltramontanas, & Indas, celebrari opporteat Capitulum Generale, statim deueniant Vocales ad electionem Definitoris, & Discreti eiusdem Capituli, faciendam per schedulas, ita vt in vna, & eadem scribant simul duo nomina Patrum eligendorum, scil. vnius in Definitorem, & alterius in Discretum; procedendo quoad reliqua, sicut processum est supra quoad scrutinium, publicationem, & confirmationem ipsorum Visitatorum, mutatis solum nominibus, & excepto, quod horum electio non debet esse canonica, sed tantum pluralitatem Vocum exigit.

Act. 7. Cõfirmatis Definitore, ac Discreto Capituli Generalis, Præsidens alta voce ita pronunciet: *Si quis vestrum sit, qui spiritu Dei ductus, intelligat aliquid esse postulandum à Patribus Definitorij proximi futuri Capituli Generalis pro maiori reformatione, siue vtilitate spirituali, ac temporali totius Religionis, vel etiam huius Prouincia nostra, illud in scriptis per se, vel per alium intra terminum .... horarum mihi significare non recuset.* Et deinde statim dicat ℣. *Sit nomen Domini benedictum.* ℟. *Ex hoc nunc, & vsq; in sæculum.* Sicque Congressus terminabitur.

Ani-

Animaduerſio.

SI Definitor, & Diſcretus pro Generali Capitulo electi fuerint in Congreſ. 5. præinſinuatæ Vocalium poſtulationes, iam Præſidenti exhibitæ, in vno ex immediatè ſequentibus Definitorij Congreſſibus proponantur, necnon matura deliberatione ſeligantur, & notentur, quæ ad Capitulum Generale tranſmitti debeant. Si autem prædictus Definitor, & Diſcretus eligantur in antecedenti Congreſ. 10. tunc huiuſmodi propoſitio, ac ſelectio fieri poterit intra ſimul cum Actionibus poſteris. Verum tam de iſtis poſtulationibus, quam de præfatis electionibus Definitoris, & Diſcreti conſcribendę ſunt litteræ ad ipſum Capitulum Generale ſecundum formulas deſignatas in Exemplar. ipſius Capit; Gener. pro Act. 1. pręu. Exemp. 5. 6. 7. & 8.

ACTIONES
VNDECIMI
CONGRESSVS.

De communibus fatendis tranſgreſſionibus, & veteribus abſoluendis Prioribus.

SVblatis à loco Capituli menſa, & cœteris inſtrumentis ad electiones neceſſarijs, relictiſque ſolum tribus ſedibus pro Præſidente; ac Prouincialibus electo, & abſoluto, cum alijs ſcamnis hinc inde po- Act. 1.

positis, detur signum Campanulę tum Claustri, tum Campanilis; ad quod Vocales omnes Capitulum ipsum adeuntes, post debitas reuerentias more consueto sedeant in suis locis. Mox Pręsidens surgat, alijs simul consurgentibus, & sibi facto signo Crucis dicat ℣. *Adiutorium nostrum in nomine Domini.* ℟. *Qui fecit Cælum, & terram.* ℣. *Benedicite.* ℟. *Deus.* Benedictio. †. *Dominus vos benedicat, &c.* Iterumque sedentibus omnibus, Præsidens adhibere poterit sermonem designatum in exemplar. Capit. Prouin. pro Act. præsen. Exemp. 34. Vel breuiter sic eos alloquatur- videl. *Recentibus electis iam cunctis superioribus, ac Ministris, Reuerendi Patres necesse est, vt veteres officiorum pondere deposito, simul exonerare conscientias non respuant, humiliter se accusando de communibus transgressionibus, ac erroribus in regendi munere sæpius commissis. Neque horum pariter exemplum cæteros Vocales imitari tædeat, sicut etiam neque illis asserere licet: Peccatum non habemus. Quod si fortè id audacter dixerint, seipsos procul dubio seducunt, & veritas in eis non est: igitur agamus de culpis.* Quo audito, prosternant se alij omnes in terram. Præsidens verò interroget: *Quid dicitis?* Respondeant singuli: *Meam culpam.* Subdat Præsidens: *Surgite.* Et surgentibus, ac sedentibus omnibus, dicat Præsidens: *Qui se reos cognouerint, veniam petant.*

Act. 2. Tunc Prouincialis absolutus genibus flexis in medio Capituli non longè à Præsidente, reliquis adhuc sedentibus, confiteatur suas culpas, petita venia, scil. publicas, & quæ officium concernunt, manu tangens terram, & pectus percutiens. Cui Præsidens debitam imponat Pœnitentiam, & pro tunc vnius Psalmi; necnon & illum etiam reprehendat, si ex actis Visitatorum in Definitorio lectis culpabilem inuenerit, vel gratias agat de bona eius administratione, si rectè se gesserit. Ipse autem,

tem patienter acceptet pœnitentiam, & Pſalmo recitato, ac deoſculata manu Præſidentis ad ſuum locum reuertatur.

Deinde ſinguli Priores, qui ſuum biennium, ſeu triennium compleuerunt, & Vicarij tranſacta Congregatione intermedia ſubſtituti, vnus poſt alium ſucceſſiuè dicant conſimili modo ſuas culpas, & tradentes ſigillum in manu Præſidentis renuncient ſimpliciter proprio officio. Præſidens autem ſigillo recepto vnumquemque abſoluat dicens: *Et ego auctoritate, qua fungor in hac parte, accepto renunciationem tuam, & abſoluo te ab officio Prioratus* (*vel*) *Vicariatus noſtri Conuentus N.* †. *In nomine Patris, &c.* Quos etiam, debitis impoſitis pœnitentijs, ſigillatim reprehendet, aut laudabit, ſicut erit opus. Et hi pariter dicto Pſalmo ſuæ pœnitentiæ, ac deoſculata manu Præſidentis redeant ad ſua loca. Act. 3.

Si verò aliquis eorum ſit abſens, tunc recepto ſigillo de manu alterius, qui pro ipſo conſignabit illud, ac officio renunciabit, Præſidens dicat: *Et ego auctoritate, qua fungor in hac parte accepto renunciationem Ven. Patris N. & abſoluo eum à ſui munere Prioratus* (vel) *Vicariatus.* †: *In nomine Patris, &c.* Act. 4.

Breuitatis autem cauſa, poſt conſignata ſibi ab illis ſigilla cum renunciatione officij, & pœnitentiam eis impoſitam, Præſidens vnico actu poterit omnes ſimul abſoluere, dicens: *Et ego auctoritate, qua fungor in hac parte, accepto renunciationem ab vnoquoque mihi factam, & abſoluo reſpectiuè ſingulos à proprio munere tam Prioratus, quam Vicariatus.* †. *In nomine Patris, &c.* At ſi nullus ſit Vicarius, dicat tantum (Prioratus) Animaduerſio.

Subinde alij Priores, qui nondum expleuerunt ſuum munus, ſimiliter dicent ſuas culpa, & tradent ſigillum in manu Præſidentis, ſed non renunciabunt officio. Act. 5.

Qui-

Quibus propterea Præsidens licet retento sigillo imponet pœnitentias, vt supra, minimè tamen ab officio eos absoluet.

Act.6. Postea si qui alij ex Vocalibus petere debent veniam, vel specialiter proclamari, breuiter, & charitatiuè id fiat.

Act.7. Tandem vnus ex Discretis in medio genuflexus nomine omninm Vocalium, ac singulorum Fratrum totius Prouinciæ culpas dicat, & veniam petat, cœteris stantibus interim erectis, quibus Præsidens pro pœnitentia imponat vnum Psalmũ genibus flexis statim recitandũ.

Formulæ verò aliquæ pro venia petenda, ac pœnitentia imponenda expressæ habentur in Exemplar. Capit. Prouin. pro Action. huius Congres. 11. Exemp. 35. 36. 37. & 38. Quibus expletis, dicat Præsidens ℣. *Sit nomen Domini benedictum*. ℟. *Ex hoc nunc, & vsque in sæculum.* Sicque absoluatur Capitulum de culpis.

Animaduersio.

SI præsens Congressus de culpis separetur à præcedenti, curandum est, vt eodem die fiat cum sequenti, alter scil. de mane, & alter post Vesperas, ne Capitulum magis in longum protrahatur.



ACTIO.

ACTIONES DVODECIMI CONGRESSVS.

De Capituli gestis euulgandis; Prioribus nouiter electis confirmandis; publicis gratijs reddendis; Benefactoribus viuis cõmendandis; ac ipso Capitulo dissoluendo.

DAto signo vtriusque Campanulæ, scil. Claustri, & Campanilis, Fratres omnes Vocales, & non Vocales, in loco Capituli congregentur, & sedeant iuxta ordinem consuetum. Mox autem surgat Præsidens, simul alijs consurgentibus, & dicat ℣. *Adiutorium nostrum, &c.* ℟. *Qui fecit Cælum, &c.* ℣. *Benedicite.* ℟. *Deus.* †. *Dominus vos benedicat, &c.* Iterumq; sedentibus Præsidens suadeat illis acceptationem, & obseruantiam actorum Capituli, Sermone consimili adhibito, vt in Exemplar. Capit. Prouin. pro Act. præsen. Exemp. 39. Vel stantibus adhuc erectis breuiter sic loquatur: *Cum omnia ferè Capituli gesta diuino propitio Numine persoluerimus; reliquum est, vt hæc palam legantur, promptè acceptentur, & penitus obseruentur; qua de re sicut ipsi Deo gratias agere, ita & pro nouo supplicare auxilio debemus, Ergo dicamus:* Laudate Dominum omnes gentes. &c. cum Versic. Respon. & Oration. sine notis, vt in Ritib. Precum simplic. Capitular. Rit. 8. Act. 1.

His recitatis, sedeant omnes, & vnus ex Cancellarijs, vel nouus Prouinciæ Secretarius alta voce incipiat legere Capituli gesta secundum formulam præscriptam Act. 2.

in Exemplar.Capit.Prouin. pro Act. præſen.Exemp. 40. Dum autem leguntur ſigillatim familiæ, qui audierit ſe nominari Priorem, ſtatim ſurgat, & coram Præſidente genuflectat. Cui Præſidens ipſe tradens ſigillum illius Prioratus, confirmabit eum his Verbis: *Et ego auctoritate, qua fungor in hac parte, confirmo te in Priorem noſtri Conuentus N. dans tibi omnem facultatem, & poteſtatem in ſpiritualibus, & temporalibus, quam cæteri Priores eiuſdem Conuentus habere conſueuerunt.* †. *In nomine Patris, &c.* Iſte autem deoſculata manu Præſidentis, acceptoque ſigillo reuertatur ad ſuum locum, ſi Vocalis antea fuerit; ſin minus, ſedeat poſt Vocales, præcedendo tamen eos, qui non ſunt Priores. Et ſucceſſiuè tunc reliqua eius familia recitetur.

Act. 3. Si verò Prior electus fuerit abſens, Diſcretus illius Conuentus, vel deficiente Diſcreto, Prior vicinioris Conuentus accipiet pro eo ſigillum, & Præſidens confirmabit ipſum etiam abſentem, dicens. *Et ego auctoritate qua fungor in hac parte, confirmo Ven. Patrem N. in Priorem noſtri Conuentus N. dans ei omnem facultatem, & poteſtatem in ſpiritualibus, ac temporalibus, quam cæteri Priores eiuſdem Conuentus habere conſueuerunt.* †. *In nomine Patris, &c.*

Animaduerſio. Sed breuitatis gratia, poſt cunctas familias recitatas, & à ſingulis genuflectentibus, ad quos reſpectiuè pertinet, accepta ſigilla, poterit Præſidens ſimul omnes Priores electos confirmare, dicens: *Et ego auctoritate, qua fungor in hac parte, confirmo reſpectiuè ſingulos in ſuis officijs Prioratus, ad quæ ſunt nouiter electi; dans vnicuiq; omnem facultatem, & poteſtatem in ſpiritualibus, ac temporalibus, quam cæteri Priores in eiſdem officijs Prioratus habere conſueuerunt.* †. *In nomine Patris, &c.*

Act. 4. Qui autem non ſunt de nouo conſtituti Priores, ſed pro-

prosequi debent suum Prioratum, omissa confirmatione, quæ necessaria non est, tantum recipient cum benedictione sigillum; idque vnico etiam actu, quo ad omnes simnl fieri, non erit inconueniens.

Mox Præsidens adhortabitur omnes Priores (qui statim capite detecto surgant) ad vniformitatem in Dei cultu, in regulari disciplina, & in cœteris Monasticis obseruantijs, ita vt se prorsus conforment laudabilibus Ordinis Constitutionibus, ac Prouinciæ definitionibus, quatenus eorum moti exemplo subditi, minimè difformes appareant; & vti poterit verbis consimilibus, quæ designantur in Exemplar. Capit. Prouin. pro Act. præsen. Exemp. 41. Act. 5.

Post hæc Secretarius Prouinciæ, vel alius de Præsidentis iussu dicat: *Tum electionibus, tum electis omnibus iam confirmatis, non est necesse, vt cætera in hoc eodem Capitulo disposita sigillatim confirmentur: illorum enim publicatio haberi pro confirmatione debet. Sed nihilominus cunctis, & singulis vestrum notum sit, qualiter non obstante huiusmodi publicatione Adm. R. Pater N. Præsidens reseruat sibi vna cum alijs de corpore Definitorij auctoritatem, & potestatem determinandi, definiendi, statuendi, reformandi, corrigendi, emendandi, ac mutandi quæcumque peracta sunt, donec simul erunt. Quapropter vult, & præcipit, vt nullus ex ipso corpore Definitorij absque sui licentia se absentari possit.* Act. 6.

Hoc præmisso mandato, Præsidens subdat: *Interim autem pro gratiarum publica redditione, Benefactorum viuorum commendatione, ac ipsius dissolutione Capituli, nobis processionaliter nunc Ecclesiam petentibus, læto cantu intonetur* Hymnus: *Magnæ Pater Augustine, &c.* Mox omnes surgant, & incipientibus Cantoribus præfatum Hymnum cum notis, alijsque canendo alternatim pro- Act. 7.

O 2 se-

sequentibus, moueatur cum solitis reuerentijs Processio in Ecclesiam, ordine seruato in via vsque ad Altare maius, & ibi cantatis Versic. Respon. & Orat. vt in Ritib. Procef. Capitular. Rit. 4.

Act.8. Deinde Præsidens dicat ℣. *Benedicite*. ℟. *Deus*. Hisq; dictis, & sedentibus omnibus in scamnis, & sedibus ibidem cum Oratoria Cathedra de more præparatis, habeatur Oratio in viuorum commendationem, atque gratiarum actionem secundum modum præsignatum in Exemplar. Capit. Prouin. pro Act. præsen. Exemp. 42.

Act.9. Completa Oratione, Præsidens dicere poterit: *Ne igitur tot, & tantis Benefactorum viuentium, sicut etiam Defunctorum acceptis beneficijs parum inueniamur grati, precibus ad Deum effusis hæc saltem à nobis compensari oportet. Propterea legantur nostræ litteræ, quibus facienda in vnoquoque conuentu totius Prouinciæ suffragia præscribuntur*. Has verò litteras nouus Secretarius, siue vnus ex Cancellarijs statim intelligibili voce leget iuxta formulam descriptam in Exemplar. Capit. Prouin. pro Act. præsen. Exemp. 43.

Act.10 Lectis autem huiusmodi litteris, & surgentibus omnibus, recitentur Versic. Responf. Psal. & Oration. quæ habentur expresè in Ritib. Precum simplic. Capitular. Rit. 9. Verum prima, & vltima exceptis, aliæ Orationes sunt arbitrariæ.

Act 11 Postea flexis genibus immediatè fiat absolutio generalis, & in fine concedatur licentia omnibus, atque singulis Fratribus totius Prouinciç tam prçsentibus, quam absentibus, eligendi Confessarium idoneum, à quo semel in foro conscientiæ absolui possint ab omnibus peccatis, censuris, & pœnis, vt in citatis Ritib. Precum, Rit. 2.

Act.12 Tandem Cantores intonent cum notis Hymnum *Te Deum laudamus, &c.* quem cœteri surgentes prosequan-

quantur alternatim cum cantu; & eo completo dicantur pariter cum cantu alijs Versic. Respons. & Oration. vsque ad benedictionem dandam inclusiuè pro dimissione Capituli, vt in eisd. Ritib. Precum, Rit. 10.

Ex tunc Fratres omnes bini. & bini recedentes, suasque Cellas adeuntes, præparentur ad discedendum, vt in nomine Domini pergant ad Monasteria, in quibus Conuentuales sunt destinati.

ACTIONES POSTERAE.

INter Definitorij Patres, vel aliquos eorum simul cum Præsidente, aut de illius mandato conuenientes, iterum productis litteris ad ipsum Definitorium iam directis, si quæ inueniantur missæ à Sanctiss. Domino Papa, siue ab eius Legatis, vel à Cardinali Protectore, seu à magnis Prælatis, vel à Principibus, Communitatibus, & Vniuersitatibus, vel etiam à persona aliqua priuata, dummodo commodum publicum, siue bonum Prouinciæ, aut particularis alicuius Conuentus respiciant, nouo exhibeantur Secretario, siue Socio Prioris Prouincialis, vt opportunò tempore per se, aut per Definitorij Cancellarios, (qui tum in his, tum in reliquis infrascribendis illum adiuuare debent) eas regiſtret in libro ipsius Prouinciæ, & originales conseruet reponendas in Archiuio eiusdem Prouinciæ; cœteris omnibus alijs litteris igne combuſtis. Act. 1.

Interea Capituli Acta diffusè, ac diſtinctè, & fideliter transcribantur in libro Prouinciæ, cum obsignatione Act. 2.

ne maioris sigilli, & subscriptione omnium Patrum Definitorij, secundum formam designatam in Exemplar. Capit. Prouin. pro Act. præsen. Exemp. 44. necnon etiam illorum fiat alia copia originalis cum eadem obsignatione, ac subscriptione, vt quamcitius dirigatur ad Patrem Generalem pro confirmatione impetranda, quibusdam omissis minimè necessarijs, vt ibidem dicetur.

Act. 3. Singulis denique Prioribus, vel Discretis, seu illis, qui de manibus Præsidentis sigilla Conuentuum receperunt, ante discessum tradantur litteræ patentes maiori communite sigillo Prouinciæ, ac propria manu dicti Præsidentis subscriptæ, in quarum vnaquaque, ad suum postea Conuentum deferenda, breuiter notificentur Acta communia, sed principaliora Capituli, & in specie copiosius tota familia cum Priore, & Officialibus, ac reliquis præcipuis dispositionibus ad eumdem Conuentum, & ipsius Fratres spectantibus, iuxta modum expressum in præfatis Exemplar. pro Act. præsen. Exemp. 45.



SVB-

SVBMETHODVS CONGREGATIONIS PROVINCIALIS.

HAec dupliciter facienda præſcribitur in Conſtit. Ord.par.3. cap.8. & 10. ſcilicet, vel determinato tempore, & cum interuentu omnium Patrum de corpore Definitorij; vel iuxta rerum opportunitatem, & cum aliquibus tantum Definitoribus. Priori modo intermedia nuncupatur: poſteriori verò priuata dici ſolet. Vtriuſque autem formula reſpectiuè deſignari poteſt, vt infra videl.

INTERMEDIAE CONGREGATIONIS ACTIONES PRAEVIAE.

De neceſſarijs Præordinationibus.



VOBVS ſaltem Menſibus ante iſtam Congregationẽ Prior Prouincialis ſcribere debebit ad omnes Conuentus ſuę Prouinciæ litteras circulares, vt in Exemplar. Congregat. Prouin. intermed. pro Act. 1. præu. Exemp. 1. Quibus litteris primò ſignificet tempus, & locum ipſius Congregationis. Secundò conuocet deſtinatos Vocales, Act. 1.

nempè

nempè omnes illos Patres, qui fuerunt in proximo pręterito Capitulo Prouinciali de corpore Definitorij, & alios etiam tres, qui post ipsos Definitores habuerunt plures voces. Tertiò mandet, vt tam Priores, quam cœteri Fratres de familia, si quid habent representandum Definitorio, id notificare tantum curent per epistolas, vel supplices libellos manu propria subscriptos, ac eidem Definitorio directos; nec vllatenus personaliter venire aliquis præsumat, nisi obtenta Prioris Prouincialis in scriptis licentia, quæ vrgentissima solum de causa illi concedenda erit, cuius præsentia omninò necessaria videtur; neque item quisquam ex venientibus, nisi cum beneplacito ipsius Prioris Prouincialis, ingredi audeat Congregationis Vrbem, siuè Oppidum, ante feriam sextam immediatè præpositam Dominicæ tertiæ post Pascha Resurrectionis: Quartò demum præcipiat, vt die Sabbati ante ipsam Dominicam tertiam in quouis Conuentu Prouinciæ satis diluculò cantetur Missa de Spiritu Sancto cum Gloria, atque duabus Collectis, altera B. Mariæ Virginis, & altera D. Patris Augustini, sed sine Credo.

Act. 2. Præterea, si certò nouerit, vel Prouincialem immediatè absolutum, vel Præsidentem proximi præteriti Capituli, vel alterum, siue ambos Visitatores diem suum obijsse, aut quocumque alio impedimento legitimo detentos, venire non posse ad Congregationem, intra tempus opportunum litteris priuatis aduocabit singulos eos Patres, qui respectiuè in locum ipsorum de iure substitui debere videntur.

Act. 3. Tandem, vt non solum pompa, sed immoderatæ simul deuitentur expensæ, per litteras item priuatas inhibeat Priori Conuentus, vbi Congregatio tenenda est, primò superfluitatem, ac pretiositatem cibi, & potus; Se-

Secundò Cubiculorum pro Vocalibus ſecularem ornatum. Tertiò peregrinæ, ſeu exteræ muſicæ concentum; Quartò extraordinarium Templi apparatum; & poſtremò tam Diſputationes, quam Conciones tunc temporis habendas.

Verum ſi fortè Communitas, vel Princeps loci, vel quicumque alius Benefactor, ipſis expenſis à ſe totaliter ſubminiſtratis, deſiderio flagret, vt honoris gratia ſolemniter fiat huiuſmodi Congregatio, id ſanè concedi poterit quoad modeſtum apparatum Eccleſiæ cum aliquali muſica non ordinaria; & duas, vel tres Conciones, atque vnam, vel alteram Diſputationem. Animaduerſio.

ACTIONES PRIMI CONGRESSVS.

De proximis diſpoſitionibus.

VEſperis, ſeu Completorio ſupradictæ feriæ ſextæ perſolutis, ad nutum Prioris Prouincialis ter pulſetur Campanula Clauſtri, atque vltima pulſatione data omnes Fratres, tam Vocales, quam non Vocales intra Conuentum exiſtentes, ſine mora congregentur in decenti loco, vbi ſit Imago ſacra, & reuerenter ei prius inclinata ceruice vadant ad ſedendum in preparatis ſcamnis, aut ſedibus, videlicet in capite tituli Prior Prouincialis gerens vices Præſidentis, & hinc inde cæteri ordinatim ex vtraque parte, ſed ita Act. 1.

tamen, vt non Vocales post Vocales sedeant. Mox Prior Prouincialis surgat, & facto sibi Crucis signo, vna cum alijs consurgentibus recitando dicat preces assignatas in Ritib. ipsarum Precum simplic. Capitular. Rit. 3.

Act. 2. Hac præmissa recitatione, & omnibus iterum sedentibus, Prior Prouincialis breuiori sermone commendet institutionem, siue necessitatem, ac vtilitatem Congregationis intermediæ, prout sibi placuerit, vel sicut in Exemplar. eiusdem Congregat. intermed. pro Act. præsen. Exemp. 2. in cuius fine præcipiat, vt qui habent litteras, aut libellos supplices Definitorio præsentandos, vni ex Definitoribus à se destinato ante occasum Solis, vel primam horam noctis omninò consignent.

Act. 3. Deinde pro fœlici exordio, ac exitu ipsius Congregationis, moneat Vocales teneri crastina die ad celebrandam Missam de Spiritu Sancto, & reliquos debere personaliter eidem assistere solemni Missæ, quam ipsemet Prior Prouincialis cantabit modo supradicto in Action. præu. sub calce Act. 1. necnon vt facilius exaudiri à Deo mereantur, & ad effectum tollendi canonica futurarum electionum impedimenta, si quæ sunt flexis statim genibus absolutionem faciat generalem, sicut in Ritib. Precum simplic. Capitular. Rit. 2.

Act. 4. Postea, cunctis denuo sedentibus, Prior Prouincialis iubeat legi per Secretarium Prouinciæ Textus Congregat Prouin. intermed. pro Congres. 1. Hisque lectis, subdat: *Vt ergo iuxta lecturam Constitutionum Ordinis, nouem Patrum Definitorij numerus in præsenti Congregatione nostra legitimè qualificetur, qui per se principaliter non sunt de ipso numero, foras modo egrediantur.*

Act. 5. Tunc omnibus egressis, præter eos, qui actualiter existunt de corpore Definitorj, perpendatur, an talis numerus nouenalis à sua deficiat integritate? num scilicet

licet aliquis Vocalium diem suum obierit, vel propter impedimentum accedere non potuerit, vel forrè ob iustam causam excludendus sit.? Et comperta, simulque discussa huiusmodi deficientia, ex præscripto earumdem Constitutionum sedulò determinentur, qui substituendi sunt, necnon intrò aduocati, & in loco sibi debito collocati, nouum ius ad ferendum suffragium, quo potiuntur in supplementum, à Priore Prouinciali edoceantur. His verò peractis, ab eodem Priore Prouinciali dicetur ℣. *Sit nomen Domini benedictum*. Et à cœteris ℟. *Ex hoc nunc, & vsque in sæculum*. Atque ita Congressus terminabitur.

Animaduersiones.

CVm hæc intermedia Congregatio quoad facultatem, & auctoritatem (paucis exceptis) Definitorio æquiparetur Capituli Prouincialis, ea cuncta vniuersaliter in omnibus ipsius futuris Congressibus respectiuè adimplenda sunt, quæ designantur ante Congres. 7. præfati Capit. Prouin. in Commun. Regulis num. 2. vsque ad 7. inclusiuè; sed ita sanè, vt quod ibi, & alibi sparsim in eodem Capit. Prouinciali competere Præsidenti dicitur, hic Priori Prouinciali tribuatur. Non tamen Congressuum distinctio seruari necessariò debebit secundum ordinem dispositum, sed plures in vnum redigi, & confundi poterunt iuxta rerum tractandarum exigentiam, ac temporis opportunitatem. Si quid aliud verò in singulis vel superaddendum, vel prætereundum erit, proprio loco speciatim insinuabitur.

Quæ autem in superiori, & in reliquis Congressibus gesta fuerint, per vnum ex Definitoribus seriosè noten-

P 2 tur,

tur, ac deinde Secretario Prouinciæ fideliter transcribenda, & registranda tradantur. At de ijs, quæ concernunt speciales personas, & propterea in manibus illarum consignanda sunt, per eundem Secretarium tempore opportuno copiæ authenticæ fient munitæ sigillo ipsius Prouinciæ, vt postea cuilibet propriæ exhibeātur.

ACTIONES
SECVNDI
CONGRESSVS.

De litteris, & libellis supplicibus legendis; Cancellarijs, & Examinatoribus constituendis; ac decisionibus faciendis.

Actiones eædem, quæ in Congref. 7. Capit. Prouin.

SEquenti die immediato Sabbati post recitatam Primam, & cantatam Missam de Spiritu Sancto (præparatis prēparādis, & seruatis seruandis iuxta datam normam in supradictis Commun. Regulis) procedatur quoad gerenda in præsenti Congressu, sicut processum est in Congref. 7. Capit. Prouin. sed tamen prætermitti debent vniuersales definitiones, ac reuisiones omnes dati, & accepti, quæ tantum ad ipsius Capituli Prouincialis Definitorium spectant: audientia Discretorum, qui tunc non destinantur, recognitio Visitationum, quę nondum à Prouincię Visitatoribus peracta sunt; & deputatio noui Secretarij eiusdem Prouinciæ, nisi forsan illius officium propter aliquam causam legitimam vacare contingat. Sub initio autem legentur Te-

xtus

xtus Capit. Prouin. pro Act. 1. dicti Congref. 7. videlicet Tex. 16. 17. 18. 19. & 23.

Animaduerſio.

SI Congregatio ipſa cum ſolemnitate aliqua fiat, preces in antecedenti Congreſ. 2. priuatim recitandæ, poterunt modò infraſcripto publicè dici, videl. Miſſa de Spiritu Sancto cantata, & Campanula Clauſtri ter pulſata, omnes Fratres etiam non Vocales ſe conferant in Sacriſtiam; & poſtquam Prior Prouincialis exutus fuerit Sacerdotalibus Veſtimentis, ſuaſque compleuerit orationes in gratiarum actionem, proceſſionaliter bini, & bini, à minoribus incipiendo, reuertantur in Eccleſiam ante maius Altare, vbi facta debita reuerentia, ſtent hinc inde ſic ordinatè diſpoſiti, vt digniores magis appropinquent ipſi Altari. Mox ad nutum Prioris Prouincialis Cantores in medio cum notis intonabunt Hymnum: *Veni Creator Spiritus, &c.* genuflectentibus cunctis ad quatuor priores verſus; qui deinde ſurgentes, ibique erecti permanentes, alternatim ex vtroque Choro totum Hymnum decantabunt, cum annexis Verſic. Reſpon. & Oration. vt in Ritib. Precum ſimplic. Capitular. Rit. 5. His verò abſolutis, Prior Prouincialis ſubdat: *Iam ſuperno Dei auxilio implorato, Reuerendos Patres Vocales vna mecum ad Definitorij locum accedere oportet, vt quæ publicum noſtræ Prouinciæ bonum reſpiciunt, ad honorem, & gloriam ipſius Dei perficiamus.* Tuncque facta iterum Altari debita reuerentia, eundem Priorem Prouincialem inde recedentem ſequantur immediatè Patres Vocales, reliquis omnibus illos ordinatim, & obſequiosè comitantibus vſque ad ingreſſum Definitorij.

ACTIO-

ACTIONES
TERTII
CONGRESSVS.

De institutione Priorum, & Officialium; dispositione familiarum; expulsione fratrum; & promotione ad Ordines, Confessiones, Prædicationem, & Studium.

Actiones eædem, quæ in Congress. 8 Capit. Prouin.

PRocedatur omninò, ficut in Capit. Prouin. Congref. 8. lectis fub initio Teftibus eiufdem Capit. Prouin. pro Act. 1. præfati Congref. 8. à Tex. 25. vfque ad 34. inclufiuè. Non fient verò Priores, nifi pro Conuentibus, in quibus funt Vicarij, aut ipfius Prioratus totaliter expirauerit tempus, feu alio modo is legitimè vacauerit. Noui pariter Officiales non deputentur, nifi actu exiftentes tantum prouifionales fint, vel fuum iam expleuerint officium. Item familiæ nullatenus in totum difponantur, fed illi folum Fratres amoueantur, qui ob fcandalum, vel aliam vrgentem caufam amouendi cenfentur. In reliquis autem feruari debent, quæ in dicto Congref. 8. refpectiuè infinuata funt.

ACTIO-

ACTIONES
QVARTI
CONGRESSVS.

De Quæsta eleemosynarum; noui loci receptione; ac Definitoris, & Discreti electione pro Capitulo Generali.

SI disponenda occurrant, quæ hic proposita sunt, quoad duo priora procedatur, sicut in Congres. 9. Capit. Prouin. omissis Collecta, & designatione Conuentus pro futuro Capitulo, ad solum Definitorium ipsius Capituli pertinentibus. Quo verò ad tertium procedatur, sicut in Congres. 10. eiusdem Capit. Prouin. sed per ballottulas, non per schedulas hæc Definitoris, ac Discreti electio fiet; omissa item alia electione connexa, seu etiam deputatione, vel substitutione Visitatorum Prouinciæ, nisi detur particularis casus, de quo in Notation. sermo erit. Pro singulis autem dispositionibus, vt supra, ijdem Textus, qui assignantur in præfatis Congressib. Capit. Prouin. respectiuè legentur, scil. pro Quæsta eleemosinarum, & receptione noui loci, Tex. 37. 38. atque pro electione Discreti, & Definitoris, Tex. 41. 42. & 43.

Action. eædem, quæ in Congres. 9. & 10. Capit. Prouin.

In fine verò Congressus de litteris, & supplicibus libellis iam Definitorio præsentatis fiat, quod dicitur in Action. poster. Capit. Prouin. Act. 1. statimque mandetur Secretario Prouinciç, quatenus cuncta gesta Con-

Act. specialis ex posteris Capitul. Prouin.

Congregationis in libro ipsius Prouinciæ fideliter registret, subscribenda deinde à Patribus Definitorij, atq; illorum etiam originalem copiam efformet, manibus item Patrum Definitorij munitam, ad Priorem Generalem pro confirmatione transmittendam; necnon speciales litteras scribat de ijsdem respectiuè gestis, ad singulos Conuentus postea cum subscriptione Prioris Prouincialis destinandas. Formulæ autem supradictorum omnium habentur in Exemplar. Congregat. Prouin. inter. pro Act. præsen. Exemp. 3. & 4.

ACTIONES
QVINTI
CONGRESSVS.


De publicatione gestorum, persolutione gratiarum, & Benefactorum commendatione.

Act. 1. TEr pulsata Campanula Claustri, omnes Fratres, etiam non Vocales, congregentur in eodem loco, ac eodẽ modo, quo prima vice congregati fuerunt, & ordinate sedeant. Mox Prior Prouincialis surgens, simul alijs consurgentibus, dicat ℣. *Adiutorium* †. *nostrum in nomine Domini*. ℟. *Qui fecit Cælum, & terram*. ℣. *Benedicite*. ℟. *Deus*. Benedictio †. *Dominus vos benedicat, & ab omni malo difendat, & ad vitam perducat æternam, & fidelium animæ per misericordiam Dei requiescant in pace*. ℟. *Amen*. Tuncque denuò cunctis sedentibus, ad nutum Prioris Prouincialis Secre-

cretarius Prouinciæ alta voce legat Congregationis gesta.

His lectis, Prior Prouincialis subdat: *Cum omnia tandem, & singula Congregationis gesta diuino propitio Numine iam compleuerimus, nihil aliud relinqui nobis videtur, nisi vt debitas gratias ipsi Deo agentes, tum pro eorum, quæ disposita sunt, executione, tum etiam pro Benefactorum commendatione supplicemus. Ergo dicamus: Laudate Dominum omnes gentes, &c.* Statimque cunctis surgentibus, recitetur huiusmodi Psalmus cum reliquis precibus, quæ designantur in Ritib. ipsarum Precum simplic. Capitular. Rit. 11. Et sic tota Congregatio absoluatur. Act. 1.

Verum insolemniter celebrata, vice illius Psal. *Laudate Dominum, &c.* processionaliter à loco Capituli vsq; ad Altare maius Ecclesiæ (vbi facta debita reuerentia, hinc inde ordinatim stabunt omnes) cantari poterit Hymnus: *Te Deum laudamus, &c.* ac deinde preces aliæ sequentes, vt supra dicentur; quibus expletis Prior Prouincialis dabit benedictionem solemnem cum notis, sicut in Ritib. Precum simplic. Capitular. Rit. 10. in fine. Animaduersio.



CONGREGATIONIS PRIVATAE.

ACTIONES

PRO VNOQVOQVE CONGRESSV.

Act. 1. IN casibus grauioribus, & negotijs magni ponderis, tum post Capitulum Prouinciale, tum post Congregationem intermediam occurrentibus, quorum ob causam quatuor Definitores congregandi sunt, si Prior Prouincialis cohabitantes illos secum habeat, dimidio ad minus die prius eos monebit de Congregatione facienda: si verò in distanti, seu distantibus Conuentibus ipsi commorentur, opportunò tempore, vel omnes, nisi fortè aliqui defecerint, vel saltem duos per litteras aduocabit.

Act. 2. Cum autem conuenerint, & hora designata congregati fuerint in decenti loco, vbi existant Imago sacra, & duæ mensæ cum sedibus, vel scamnis, altera scilicet maior pro ipsis, & altera minor pro Secretario Prouinciæ, post factam debitam reuerentiam, & antequam sedeant, Prior Prouincialis dicat ℣. *Adiutorium* †. *nostrum in nomine Domini.* ℟. *Qui fecit Cælum, & terram.* ℣. *Benedicite.* ℟. *Deus.* Benedictio. †. *Dominus vos benedicat, & ab omni malo defendat, & ad vitam perducat æternam, & fidelium animæ per misericordiam Dei requiescant in pace.* ℟. *Amen.* Moxque subrecitentur aliæ preces,

ces, vt in Ritib. ipsarum Precum simplic. Capitular. Rit. 3. vel 4. ad beneplacitum.

Deinde cunctis sedentibus, Prior Prouincialis ordinatè proponat, ac exponat, quæ sunt proponenda, & exsponenda; sique opus fuerit, pro firmiori resolutione mandet, vt per Secretarium capita legantur Constitutionum, in quibus contineri ea videntur; & à singulis proprium votum requirat, vel oretenus, vel etiam per secreta suffragia cũ ballottatione in prouisionibus grauis momenti; qualis præsertim est Discreti, ac Definitoris electio pro generali Capitulo, si fortè iam peracta non fuerit. De alijs verò hic specialiter tractandis rebus dicetur in Notationibus. Act. 3. Animaduersio.

Secretarius autem in libro Prouinciæ, signando Annum, Mensem, & diem, quo habita est Congregatio, fideliter transcribet, quæ in ea fuerunt proposita, & resoluta, cum subscriptione interuenientium Patrum Vocalium; atque tandem in fine Congressus dicatur à Priore Prouinciali ℣. *Sit nomen Domini benedictum*. Et à cœteris ℟. *Ex hoc nunc, & vsque in sæculum*.



METHODVS CAPITVLI

CONVENTVALIS.

HVius varium præſcriptum ſparſim habetur in Conſtitut. Ord. par. 3. Sed quia duplici ſpecialiter modo id fieri contingit, nempe vel cum interuentu omnium Vocalium Conuentus, vel cum ſolis Conſilij Patribus: de poſteriori ſub titulo Congregationis inferius agetur, prioris tantum formula immediatè hic tradita.

COMMVNES

REGVLAE

In ſingulis reſpectiuè Congreſſibus adimplendæ.

1 CONGRESSVS electiui, ſcil. in quibus vel per ballotulas, vel per ſchedulas fit aliqua electio, habendi ſunt in Sacriſtia, vel in loco Capituli, vel in alio ſatis honeſto, vbi præter ſcamna hinc inde pro Fratribus, & ſedem vnam in capite tituli pro Priore, ſit etiam Altare cum ſacra Imagine, vel parua Menſa cum Cruce.

2 Super ipſum verò Altare, ſeu Menſam in electione per ballotulas repoſita exiſtat vna Buſſula cum duobus

bus

bus Catinulis non omninò planis, altero continente dictas ballotulas, partim nigras, partim albas, ferè numero æquales, ac vtrasq; multò plures, quam Vocales & altero vacuo; sed in electione per Schedulas reponantur præfatæ Schedulæ Vocalibus sufficientes, Atramentarium, & calami, vnum Vasculum, siue Vrnula, & Catinus planus.

3 Ante quemcunque Congressum item electiuum vel publicè, vel priuatim Vocales præmoneantur tam de electione facienda, quam de tempore, quo fieri debebit; & hoc aduentante signum detur Campanulæ Claustri, ad quod omnes fratres etiam non Vocales locum præparatum conuenientes, post exhibitam Cruci seu Imagini reuerentiam, ordinatim sedeant. Mox verò cum Prior genuflexerit, simul omnes genuflectant, & illo sine notis intonante Hymnum:

Veni Creator Spiritus, *&c.* alternatim eum prosequantur, cum reliquis Versic.Respon.&Oration.vt in Ritib. Precum simplic. Capitular.Rit.5. Quibus, si agatur de electione Prioris, addi poterit Oratio: Supplici, Domine, humilitate &c. quæ habetur in Ritib. vt supra, Rit. 7. sed vbi dicitur (Religioni nostræ) dicatur: Conuentui nostro.

4 Postea cunctis surgentibus, Prior dicat ℣. *Adiutorium* † *nostrum in nomine Domini* ℟. *Qui fecit cælum & terram.* ℣. *Benedicite* ℟. *Deus. Benedictio* † *Dominus vos benedicat, & ab omni malo defendat, & ad vitam perducat æternam, & fidelium animæ per misericordiam Dei requiescant in pace.* ℟. *Amen.* Tuncque sedeant omnes: & Prior breuem sermonem habeat, quem iuxta propositam materiam (sicut & alia quæcumque colloquia occurrentia in futurum) ex consimilibus Exemplar.Capit Generalis, vel Prouincialis desumere poterit; & in

fine

ſine mandabit, vt non Vocales foras exeant, niſi aliter ſuo loco notetur.

5 Cum igitur electio per ballotulas facienda eſt, ſic procedetur. Nominatis ſeu propoſitis eligendis, & his egredientibus, ſi de numero Vocalium exiſtunt, reliqui Vocales accedant ſucceſſiuè diuiſim ad menſam, vel Altare, vbi eſt Buſſula, incipiendo à maioribus, & quilibet duas ballotulas ex priori Catinulo ſumens, videl. albam pro voto affirmatiuo, & nigram pro negatiuo abſconditè vnam, vel alteram in dicta Buſſula ponat. Hæc ſubinde coram Patribus Concilij eò ſe conferentibus, in alio Catinulo reuerſetur, & calculatis votis iuxta numerum Votantium, ſi ballotulæ albæ inueniantur excedere nigras, qui ballotatus fuit, electus cenſebitur.

6 At verò ſi electio fieri debeat per ſchedulas, ita procedendum erit. Nulla præmiſſa nominatione, ſiue nullo propoſito eligendo, Vocales accedant, vt ſupra, & quiſquè alijs non videntibus ſcribat in vna ex ſchedulis nomen illius, quem eligere intendit, eamque complicatam reponat in parato ibi Vaſculo. Poſtea coram Patribus Conſilij ſchedulæ reuerſatæ ſuper Catinum numerentur, tacitè legantur, & calculentur; quarum ſi plures etiam medietatem non excedentes, in vnum conueniſſe reperiantur, is pro electo habebitur.

7 Congreſſus autem non electiui ſcil. in quibus nec Prioris, nec Officialium, nec aliorum miniſtrorum propriè fit, electio, coadunari poterunt in quocumquè decenti loco intra Conuentum, vocatis vocandis, datoquè prius ſigno Campanulæ Clauſtri, & preparata Buſſula cum Catinulis, atquè ballotulis ſuper aliquam menſam, vt num. 2 dictum eſt.

8 Ad hos tantum Vocales conuenient, quibus erectis

ctis stantibus, Prior dicat. ℣ *Adiutorium &c.* ℟. *Qui fecit &c.* ℣. *Benedicite* ℟. *Deus. Benedictio* † *Dominus vos benedicat &c.* Additis precibus, quæ habentur in Ritib. ipsarum Precum simplic. Capitularum, Rit. 3. vel 4. ad beneplacitum, sed prætermissa secunda Oratione. Mox ordinatè sedentibus, Prior, prius proponat quod proponere debet, & auditis singulorum votis procedi faciat ad ballotationem, iuxta modum respectiuè supra præscriptum num. 5. in qua si ballotulæ albæ superent nigras, conclusum denunciabitur pro affirmatiua parte; si verò contra, pro negatiua.

9 In fine autem cuiuscumquè Congressus, tam electiui, quam non electiui, à Priore dicetur. ℣. *sit nomen Domini benedictum* & à ceteris ℟. *ex hoc nunc, & vsquè in sæculum*; nec non ante ipsius Congressus totalem dissolutionem iunior ex Vocalibus, siue alius per Priorem destinandus in libro Conuentus fideliter scribet quid quid propositū, electum, deliberatum, vel decisū fuerit, & ab omnibus manu propria subscribetur.

ACTIONES PRIMI CONGRESSVS.

De electionibus Prioris, & Officialium in Conuentu Generali.

DIE Sabbati ante festū immediatè Pentecostes, cantata Missa de Spiritu Sancto cum Gloria, & duabus Collectis, altera B.V. Mariæ, & altera D. P. Augustini, sed tamen sine Credo; seruatis ser- Act. 1.

seruandis, præparatis ad ballotationem preparandis, cōgregatis in loco aptato congregandis, & præmissis alijs præmittendis, vt in Comm.Regul.n.1.2.3.& 4. Prior sub fine adhibiti sermonis præcipiat in virtute sanctæ obedientiæ, vt si quis habet litteras Reuerendissimi Patris Generalis ad hoc Capitulum directas, protinus illas ostendat, & legendas consignet. Tale autem præceptum (si illicò litteræ non ostendantur) paruo interuallo temporis occurrente duabus alijs vicibus repetatur & tertia vice addatur pœna excomunicationis.

Act.2. His litteris exhibitis, reuerenter acceptis, publicè lectis, & statim egredientibus non Vocalibus simul cum nominatis pro electione passiua, si presentes sint, Prior mandabit legi Textus Capit. prouin. pro Act. 1. Congref. 8. videlicet Tex. 25. & 26.

Act.3. Completa huiusmodi lectura, deuenietur ad ballotationem vt in Commun. Regulis num. 5. Verum primò nominatus primò item ballotabitur; qui si habuerit plures bollotulas albas, non vlterius procedendum est; sin minus, ballotetur secundus; & hoc fortassis reprobato, ballotetur tertius.

Act.4. Post sequutam autem electionē, & à primo ex Patribus Consilij publicatam intrò aduocetur electus (ingredientibus simul alijs non vocalibus) cui prior absolutus in propria sede collocato flectens vnum ex genibus manum deosculabitur; moxquè ceteri omnes in signum obedientiæ illud idem præstantes, reuertentur ad sedendum in suis locis.

Animaduersio. Si verò contingat, litteras Reuerēdissimi Patris Generalis non præsentari, vel in eis nullum eligendum proponi, vel forsan ex propositis quemlibet reprobari, eo casu quid agendum sit, in Notation. dicetur.

Act.5. Deinde Prior electus, sermone habito procedere illi-

illicò poterit, si ita sibi videbitur, ad Officialium electiones, videl. Subprioris, Sacristæ, & Procuratoris, absolutione veterum non præmissa, nec vllo ipsorum à voce actiua excluso. Nominabit autem duos, vel tres pro quocumque officio, de quibus egressis fiet ballotatio, vt in electione Prioris sub Act. 3. & singuli, post quam diuisim electi, ac publicati fuerint, diuisim etiam intrò statim aduocabuntur.

Peractis verò cunctis electionibus, tunc Prior veteres Officiales simul ante se genuflexos absoluat dicens: *Nouis electis iam Officialibus, ego auctoritate, qua fungor in hac parte, absoluo vos omnes, & singulos respectiuè à vestris officijs.* † *In nomine Patris, &c.* Qui deosculata eius manu, surgentes redibunt ad sua loca. Subinde nouos Officiales simul etiam ante se genuflexos confirmans, dicat: *Et ego item eadem auctoritate, qua fungor in hac parte, confirmo vos omnes, & singulos respectiuè in officijs, ad quę fuistis electi, dans vobis omnem facultatem, quam cæteri Officiales in huiusmodi officijs habere consueuerunt.* † *In nomine Patris, &c.* Qui pariter deosculata eius manu, &c. Act.6.

Denique terminetur Congressus iuxta modum assignatum in Commun. Regulis num. 9. ac præterea de electionibus Prioris, & Officialium copia fiat, à Patribus saltem Consilij subscripta, quæ ad Priorem Generalem transmittatur pro confirmatione. Act.7.

Verum si Prior electus fuerit absens, expectari oportet aduentum eius; tuncque illi publica obedientia præstabitur, ac deinde tempore debito Officiales, vt supra eligentur. Animaduersio.

ACTIONES
SECVNDI
CONGRESSVS.

De electionibus Depositariorum in Conuentu Generali, ac Prouinciali.

Actiones eędē, quæ in cōmū. Regulis.

TERTIA die, postquam aduenerit Prior, eligi debent separatim per schedulas duo Depositarij, vnus immediatè post alium; in quorum singulis electionibus, atque in toto Congressu prorsus obseruabitur, quod præscriptum est in Commun. Regulis num. 1. 2. 3. 4. 6. & 9. lectis sub initio Constitut. Ord. par. 3. cap. 18. §. 1.

Act. Specialis.

Post vtrumque autem scrutinium diuisim factum, maior ex Patribus Consilij vtramque item diuisim publicabit electionem his verbis: *Ego frater N. nomine meo, & nomine omnium, ad quos præsens electio spectat, eligo in primum, vel, in secundum Depositarium huius Conuentus Reu. Patrem N.* Quibus sequutis publicationibus, & introductis fratribus etiam non Vocalibus Prior confirmans electos ante se genuflexos, dicat: *Et ego auctoritate, qua fungor in hac parte, confirmo vos in Depositarios huius Conuentus; dans vobis omnem facultatem, quam cæteri Depositarij habere consueuerunt.* ✠ *In nomine Patris, &c.* Hi verò deosculentur eius manum, &c.

ACTIO-

ACTIONES
TERTII
CONGRESSVS.

De electionibus Discreti, & Vicarij, tempore Capituli Prouincialis in Conuentibus vtriusque generis.

OCTO diebus antequam Prior discedat, iturus ad Prouinciale Capitulum, per Schedulas eligetur Discretus iuxta Communes Regulas num. 1. 2. 3. 4. 6. & 9. procedendo in reliquis, sicut processum est in electione Depositariorum, nomine tantum Depositarij mutato in Discreti, & lectis sub initio Constitut. Ord. par. 3. cap. 20. §. 1. sed pretermissis, quæ ad scribam pertinent, & alijs vltra electionem Vicarij. Actiones eædem, quæ in commun. Regulis.

Post confirmationem autem ipsius Discreti Prior alta voce dicat: *Si quis vestrum sit, qui Spiritu ductus, intelligat aliquid esse proponendum Patribus Definitorij Capituli Prouincialis huius nostræ Prouinciæ, proximè celebrandi, pro maiori reformatione, siue vtilitate spirituali, vel temporali eiusdem Prouinciæ, vel huius Conuentus, illud in scriptis per se, vel per alium intra hoc primum triduum mihi significabit.* Act. Specialis.

Deinde, si Conuentus non habuerit tunc Subpriorem, eligi debet Vicarius; in cuius electione, publicatione, & confirmatione id totum seruabitur, quod seruatum est supra quoad electionem, publicationem, Actiones eędē, quæ pro Discreto.

& confirmationem Discreti, solum huius nomine in Vicarij mutato.

ACTIONES QVARTI CONGRESSVS.

De litteris cuiuslibet Conuentus ad Definitorium Capituli Prouincialis transmittendis.

Actiones eædem, quæ in commun. Regulis.

CONGREGATIS prius Consilij Patribus eo modo, quo infra dicetur in Submeth. Congregat. Conuentualis, & auditis illorum votis circa præinsinuatas fratrum postulationes iam Priori exhibitas in scriptis, quæ nam scilicet iudicentur expedientes, post transactum triduum eædem toto Capitulo Conuentuali proponantur in hoc Congressu, omninò procedendo iuxta præscriptum in Commun. Regulis num. 7. 8. & 9.

Act. Specialis.

Deliberatione autem facta, litteræ triplicis generis scribantur ad Definitorium Capituli Prouincialis: aliæ clausæ, & ab omnibus Vocalibus subscriptæ, continentes ipsas postulationes: aliæ verò patentes, & tantum à Subpriore cum Deputatis subscriptæ, attestantes legitimam electionem Discreti; quarum ambæ tradantur eidem Discreto: aliæ demum item patentes, & à solis Patribus Consilij subscriptæ, de statu totius Conuentus per Depositarios, ac duos primos Deputatos summatim redacto, & ibi publicè lecto, quæ Prio-

ri

ri consignentur. At ipse Prior debet prætereа secum deferre alias patentes de Fratribus, Sororibus, & Confratribus elapso biennio mortuis, nec non de Benefactoribus tum mortuis, tum viuentibus. Harum autem omnium formulæ habentur designatæ in Exemplar. Capit. Prouin. pro Act. 1. præu. Exemp. 3. 4. 5. & 6.

ACTIONES
QVINTI SIMPLICIS
CONGRESSVS.
NON ELECTIVI.

De quibuscumque alijs ballotationibus ad Capitulum totum Conuentuale spectantibus in omni Conuentu.

QVAE nam sint huiusmodi ballotationes, dicetur in Notationibus. Cum igitur hæ occurrunt, procedendum est, vt in Superiori Congress. 4. iuxta easdem communes Regulas ibi assignatas num. 7. 8. & 9. In difficilioribus autem negotijs pro firmiori resolutione prius capita legantur Constit. Ord. in quibus contineri ea videntur. Actiónes eædem, quæ in commun. Regulis.

SVB-

SVBMETHODVS CONGREGATIONIS CONVENTVALIS.

HAEC inter solos Consilij Patres haberi debet, vt alias dictum est, cuius formula præinsinuatur in Constit. Ord. par. 3. cap. 19. & breuiter sic disponi potest, videl.

ACTIONES PRO VNOQVOQVE CONGRESSV.



RAETER ballotationes ad totum Capitulum Conuentuale spectantes, aliæ omnes non electiuæ, de quibus erit sermo in Notationibus, pertinent ad solos Consilij Patres, & in singulis prorsus obseruanda sunt, quæ tum in Commun. Regulis num. 7. 8. & 9. tum in postremo simplici Congressu non electiuo eiusdem Capituli Cõuentualis præscribuntur. Actiones eędē, quæ in cõmũ. Regulis.

Id tamen addendum est, vt Patres Consilij ante signum Campanulæ Claustri specialiter præmoneantur, Act. Specialis.

tur,

tur, & vt de vna, & eadem re duo Congreſſus fieri debeant, antequam executioni mandetur, nec non ſi fortè in ſecundo minimè concluſa fuerit, etiam tertius fiat; & tunc vltra non procedatur.



RITVS

RITVS

SACRI PRECVM,

ATQVE

PROCESSIONVM

SPECTANTES

Ad Capitula, & Congregationes Ordinis Eremitarum Diui Augustini.

ARGVMENTVM.

QVoniam inter Preces, & Processiones, quas Capitulariter fieri oportere iam prainsinuauimus, eædem nonnulla pluribus Capitulis, atque Congregationibus, imò diuersis vnius Capituli, & Congregationis Actionibus deseruiunt: ne toties scripto illas reiterare cogamur, quoties vocibus recitare debemus, simul describendas, ac semel omnes sub proprijs Ritibus dispositè huc reducendas, curauimus; separatis tamen Precibus simplicibus à mixtis cum Processionibus, & postmodum congestis per extensum Psalmis, & Hymnis ad ipsas requisitis.

Preterea, vt frequentium quarũdam cæremoniarũ iterata euitetur norma, communes aliquas hic premittere declarationes, opere pretium iudicauimus, que vniuersaliter obseruari necesse est, nisi proprijs in locis aliter notetur, scil.

1 Psalmi, & Hymni semper alternatim ex vtroque Choro recitabuntur, versa facie ad inuicem.

2 Prelatus, siue Maior dicet Versiculos, Benedictiones, Absolutiones, & Orationes, alij verò subinferent Responsoria.

3 Versiculi, & Responsoria, tum Benedictionibus, tum Absolutionibus connexa, dicentur versis vultibus ad inuicem: alia verò illis non connexa, & quecumque Orationes debent dici versa facie omnium ad Altare, vel ad Crucem, nisi genuflectendum sit, quia tunc ad inuicem vultus conuertentur.

4 Crux similis posita sub initio. ℣. Adiutorium nostrum, &c. Denotat, signum Crucis à fronte ad pectus sibi esse

esse faciendum: alibi verò expressa significat, dandam esse alijs benedictionem manu extensa per modum Crucis super eorum capita.

5 *Tum Precibus, tum Processionibus semper assistet vnus ex Rectoribus Diuini cultus, tamquam cæremoniarum Magister.*



RITVS

PRECVM SIMPLICIVM

CAPITVLARIVM.

Rit. 1. Preces dicendæ flexis genibus intra Chorum post Laudes,& Vesperas in singulis Conuentibus; videl. totius Religionis durante Capitulo Generali, & totius Prouinciæ tempore Capituli Prouincialis.

A *Laudibus feria quinta, cum aperitur Capitulum, vsquè ad Laudes inclusiuè Sabbati proximè subsequentis, quo eligitur prior Generalis, vel Prouincialis, recitari poterit Antiphona*: Benefac &c. *cum Psalmo*: Qui confidunt in Domino &c. infra §. 3. *Repetatur deinde Antiphona*: Benefac, Domine, bonis, & rectis corde. *Postea*: Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleisou. Pater noster. &c. *secretò*.

℣. Et ne nos inducas in tentationem.
℟. Sed libera nos à malo.
℣. Saluos fac seruos tuos.
℟. Deus meus sperantes in te.
℣. Mitte eis, Domine, auxilium de Sancto.
℟. Et de Sion tuere eos.
℣. Nihil proficiat inimicus in eis.
℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere eis.
℣. Suscitet nobis Dominus Sacerdotem fidelem.
℟. Qui iuxta cor suum, & animam suam sit.
℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum.
℟. Et cum ſpiritu tuo.

Maior ſurgat, & dicat.

OREMVS.

PRotege, Domine, familiam tuam, & glorioſæ Mariæ ſemper Virginis, atquè Beati Patris noſtri Auguſtini patrocinio confidentem, perpetua defenſione conſerua.

Supplici, Domine, humilitate depoſcimus, vt Religioni noſtræ, vel, Prouinciæ noſtræ talem Prælatum concedat tua immenſa bonitas, qui, & pro amore tuo, ac ſtudio in nos tibi ſemper ſit placitus, & tuo gregi pro ſalubri regimine ad gloriam tui nominis venerandus. Per Chriſtum Dominum noſtrum.

℟. Amen.

A Veſperis verò præfati Sabbati vſquè ad finem Capituli eo modo, quo ſupra recitabitur Antiphona: Qui habitas in cœlis &c. *cum Pſalmo*: Ad te leuaui oculos meos &c. infra §. 2. *Repetatur deinde Antiphona*: Qui habitas in cœlis miſerere nobis. *Poſtea*: Kyrie eleiſon *cum reliquis omnibus hic ſupradictis ſolum omiſſo.* ℣. Suſcitet nobis &c. *cum* ℟. Qui iuxta cor ſuum &c. *atquè loco. Orat.* Supplici, Domine, humilitate &c. *poſita ſequenti, videl.*

Omnipotens ſempiterne Deus, qui facis mirabilia magna ſolus: prætende ſuper famulum tuum Generalem noſtrum electum, vel, Prouincialem noſtrum electum, & ſuper Prouincias illi commiſſas, vel, Prouinciam

ciam illi commissam, spiritum gratiæ salutaris: & vt in veritate tibi placeat, perpetuum ei rorem tuæ benedictionis infunde. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Rit. 1. *Praces dicendæ flexis genibus in Absolutione à censuris, & pœnis, sub initio, & fine Capituli tam Generalis, quam Prouincialis, vna cum ipsius Absolutionis formula.*

Confiteor Deo omnipotenti, Beatæ Mariæ semper Virgini, beato Michaeli Archangelo, beato Ioanni Baptistæ, Sanctis Apostolis Petro, & Paulo, beato Patri nostro Augustino, omnibus Sanctis, & tibi Pater: Quia peccaui nimis cogitatione, verbo, & opere: mea culpa, mea culpa, mea maxima culpa. Ideò precor beatam Mariam semper Virginem, beatum Michaelem Archangelum, beatum Ioannem Baptistam, sanctos Apostolos Petrum, & Paulum, beatum Patrem nostrum Augustinum, omnes Sanctos, & te Pater, orare pro me ad Dominum Deum nostrum.

Præsidens surgat.

Misereatur vestri omnipotens Deus, & dimissis peccatis vestris perducat vos ad vitam æternam. ℟. Amen.

Indulgentiam absolutionem, & remissionem peccatorum nostrorum tribuat nobis omnipotens, & misericors Dominus. ℟. Amen.

Præ-

Præsidens sedeat.

DOminus noster Iesus Christus per suam pijssimã misericordiam, & sanctissimam passionem vos absoluat; & ego auctoritate, qua fungor, & quatenus mihi concessa est, absoluo vos ab omni vinculo excõmunicationis, suspensionis, & interdicti, à participatione cum excommunicatis, & à macula apostasiæ, si incurristis; & restituo vos sanctis Sacramentis Ecclesiæ, communioni, & vnitati fidelium, si necesse est. † In nomine Patris,& Filij,& Spiritus sancti. ℟.Amen.

Eadem auctoritate mihi concessa dispenso vobiscum super irregularitate, seu irregularitatibus, si tenemini, & habilito vos ad Ordines sacros, atque officia nostræ Religionis, & ad alia, in quantum possum, & debeo.

Ab apertis culpis, & à communibus transgressionibus Regulæ, Constitutionum, & præceptorum Ordinis nostri, Dominus noster Iesus Christus vos absoluat; & ego auctoritate qua fungor absoluo vos. † In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. ℟. Amen.

Do vobis auctoritatem meam, vt vnusquisque vestrum possit sibi eligere Confessorem admissum nostræ Religionis, *vel*, nostræ Prouinciæ, à quo intra tres dies, *aut plures*, *sicut placuerit*, valeat absolui ab omnibus peccatis suis, quemadmodum & à me. † In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. ℟. Amen.

Hæc facultas aliter concedenda est in vltimo Congressu, quando dimittetur Capitulum, videl. sequentibus verbis.

Do autem omnibus, & singulis Patribus, ac Fratribus

& confirmationem Difcreti, folum huius nomine in Vicarij mutato.

ACTIONES QVARTI CONGRESSVS.

De litteris cuiuslibet Conuentus ad Definitorium Capituli Prouincialis transmittendis.

Actiones eædem, quæ in commun. Regulis.

CONGREGATIS prius Confilij Patribus eo modo, quo infra dicetur in Submeth. Congregat. Conuentualis, & auditis illorum votis circa præinfinuatas fratrum poftulationes iam Priori exhibitas in fcriptis, quæ nam fcilicet iudicentur expedientes, poft tranfactum triduum eædem toto Capitulo Conuentuali proponantur in hoc Congreffu, omninò procedendo iuxta præfcriptum in Commun. Regulis num. 7. 8. & 9.

Act. Specialis.

Deliberatione autem facta, litteræ triplicis generis fcribantur ad Definitorium Capituli Prouincialis: aliæ claufæ, & ab omnibus Vocalibus fubfcriptæ, continentes ipfas poftulationes: aliæ verò patentes, & tantum à Subpriore cum Deputatis fubfcriptæ, atteftantes legitimam electionem Difcreti; quarum ambæ tradantur eidem Difcreto: aliæ demum item patentes, & à folis Patribus Confilij fubfcriptæ, de ftatu totius Conuentus per Depofitarios, ac duos primos Deputatos fummatim redacto, & ibi publicè lecto, quæ Prio-

ri

ri consignentur. At ipse Prior debet præterea secum deferre alias patentes de Fratribus, Sororibus, & Confratribus elapso biennio mortuis, nec non de Benefactoribus tum mortuis, tum viuentibus. Harum autem omnium formulæ habentur designatæ in Exemplar. Capit. Prouin. pro Act. 1. præu. Exemp. 3. 4. 5. & 6.

ACTIONES
QVINTI SIMPLICIS
CONGRESSVS.
NON ELECTIVI.

De quibuscumque alijs ballotationibus ad Capitulum totum Conuentuale spectantibus in omni Conuentu.

QVAE nam sint huiusmodi ballotationes, dicetur in Notationibus. Cum igitur hæ occurrunt, procedendum est, vt in Superiori Congress. 4. iuxta easdem communes Regulas ibi assignatas num. 7. 8. & 9. In difficilioribus autem negotijs pro firmiori resolutione prius capita legantur Constit. Ord. in quibus contineri ea videntur.

Actiones eædem, quæ in commun. Regulis.

SVB-

SVBMETHODVS CONGREGATIONIS CONVENTVALIS.

HAEC inter solos Consilij Patres haberi debet, vt alias dictum est, cuius formula præinsinuatur in Constit. Ord. par. 3. cap. 19. & breuiter sic disponi potest, videl.

ACTIONES PRO VNOQVOQVE CONGRESSV.



RAETER ballotationes ad totum Capitulum Conuentuale spectantes, aliæ omnes non electiuæ, de quibus erit sermo in Notationibus, pertinent ad solos Consilij Patres, & in singulis prorsus obseruanda sunt, quæ tum in Commun. Regulis num. 7. 8. & 9. tum in postremo simplici Congressu non electiuo eiusdem Capituli Cõuentualis præscribuntur. Actiones eędē, quæ in cõmũ. Regulis.

Id tamen addendum est, vt Patres Consilij ante signum Campanulæ Claustri specialiter præmoneantur, Act. Specialis.

tur, & vt de vna, & eadem re duo Congressus fieri debeant, antequam executioni mandetur, nec non si fortè in secundo minimè conclusa fuerit, etiam tertius fiat; & tunc vltra non procedatur.



RITVS

RITVS
SACRI PRECVM,
ATQVE
PROCESSIONVM
SPECTANTES

Ad Capitula, & Congregationes Ordinis Eremitarum Diui Augustini.

ARGVMENTVM.

QVoniam inter Preces, & Processiones, quas Capitulariter fieri oportere iam prainsinuauimus, eadem nonnulla pluribus Capitulis, atque Congregationibus, imò diuersis vnius Capituli, & Congregationis Actionibus deseruiunt: ne toties scripto illas reiterare cogamur, quoties vocibus recitare debemus, simul describendas, ac semel omnes sub proprijs Ritibus dispositè huc reducendas, curauimus; separatis tamen Precibus simplicibus à mixtis cum Processionibus, & postmodum congestis per extensum Psalmis, & Hymnis ad ipsas requisitis.

Preterea, vt frequentium quarũdam cæremoniarũ iterata euitetur norma, communes aliquas hic premittere declarationes, opere pretium iudicauimus, que vniuersaliter obseruari necesse est, nisi proprijs in locis aliter notetur, scil.

1 *Psalmi, & Hymni semper alternatim ex vtroque Choro recitabuntur, versa facie ad inuicem.*

2 *Prelatus, siue Maior dicet Versiculos, Benedictiones, Absolutiones, & Orationes: alij verò subinferent Responsoria.*

3 *Versiculi, & Responsoria, tum Benedictionibus, tum Absolutionibus connexa, dicentur versis vultibus ad inuicem: alia verò illis non connexa, & quecumque Orationes debent dici versa facie omnium ad Altare, vel ad Crucem, nisi genuflectendum sit, quia tunc ad inuicem vultus conuertentur.*

4 *Crux similis posita sub initio. ℣. Adiutorium nostrum, &c. Denotat, signum Crucis à fronte ad pectus sibi esse*

esse faciendum: alibi verò expressa significat, dandam esse alijs benedictionem manu extensa per modum Crucis super eorum capita.

5 *Tum Precibus, tum Processionibus semper assistet unus ex Rectoribus Diuini cultus, tamquam cæremoniarum Magister.*



RITVS
PRECVM SIMPLICIVM
CAPITVLARIVM.

Rit. 1. Preces dicendæ flexis genibus intra Chorum post Laudes, & Vesperas in singulis Conuentibus; videl. totius Religionis durante Capitulo Generali, & totius Prouinciæ tempore Capituli Prouincialis.

A *Laudibus feria quinta, cum aperitur Capitulum, vsquè ad Laudes inclusiuè Sabbati proximè subsequentis, quo eligitur prior Generalis, vel Prouincialis, recitari poterit Antiphona*: Benefac &c. *cum Psalmo*: Qui confidunt in Domino &c. infra §. 3. *Repetatur deinde Antiphona*: Benefac, Domine, bonis, & rectis corde. *Postea*: Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster. &c. *secretè*.

℣. Et ne nos inducas in tentationem.
℟. Sed libera nos à malo.
℣. Saluos fac seruos tuos.
℟. Deus meus sperantes in te.
℣. Mitte eis, Domine, auxilium de Sancto.
℟. Et de Sion tuere eos.
℣. Nihil proficiat inimicus in eis.
℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere eis.
℣. Suscitet nobis Dominus Sacerdotem fidelem.
℟. Qui iuxta cor suum, & animam suam sit.
℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

Maior surgat, & dicat.

OREMVS.

PRotege, Domine, familiam tuam, & gloriosæ Mariæ semper Virginis, atquè Beati Patris nostri Augustini patrocinio confidentem, perpetua defensione conserua.

Supplici, Domine, humilitate deposcimus, vt Religioni nostræ, vel, Prouinciæ nostræ talem Prælatum concedat tua immensa bonitas, qui, & pro amore tuo, ac studio in nos tibi semper sit placitus, & tuo gregi pro salubri regimine ad gloriam tui nominis venerandus. Per Christum Dominum nostrum.

℟. Amen.

A Vesperis verò præfati Sabbati vsquè ad finem Capituli eo modo, quo supra recitabitur Antiphona: Qui habitas in cœlis &c. *cum Psalmo*: Ad te leuaui oculos meos &c. infra §. 2. *Repetatur deinde Antiphona*: Qui habitas in cœlis miserere nobis. *Postea*: Kyrie eleison *cum reliquis omnibus hic supradictis solum omisso.* ℣. Suscitet nobis &c. *cum* ℟. Qui iuxta cor suum &c. *atquè loco. Orat.* Supplici, Domine, humilitate &c. *posita sequenti, videl.*

Omnipotens sempiterne Deus, qui facis mirabilia magna solus: prætende super famulum tuum Generalem nostrum electum, vel, Prouincialem nostrum electum, & super Prouincias illi commissas, vel, Prouinciam

ciam

Præsidens sedeat.

DOminus noster Iesus Christus per suam pijssimã misericordiam, & sanctissimam passionem vos absoluat; & ego auctoritate, qua fungor, & quatenus mihi concessa est, absoluo vos ab omni vinculo excõmunicationis, suspensionis, & interdicti, à participatione cum excommunicatis, & à macula apostasiæ, si incurristis; & restituo vos sanctis Sacramentis Ecclesiæ, communioni, & vnitati fidelium, si necesse est. † In nomine Patris,& Filij,& Spiritus sancti. ℟.Amen.

Eadem auctoritate mihi concessa dispenso vobiscum super irregularitate, seu irregularitatibus, si tenemini, & habilito vos ad Ordines sacros, atque officia nostræ Religionis, & ad alia, in quantum possum, & debeo.

Ab apertis culpis, & à communibus transgressionibus Regulæ, Constitutionum, & præceptorum Ordinis nostri, Dominus noster Iesus Christus vos absoluat; & ego auctoritate qua fungor absoluo vos. † In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. ℟. Amen.

Do vobis auctoritatem meam, vt vnusquisque vestrum possit sibi eligere Confessorem admissum nostrę Religionis, *vel*, nostræ Prouinciæ, à quo intra tres dies, *aut plures*, *sicut placuerit*, valeat absolui ab omnibus peccatis suis, quemadmodum & à me. † In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. ℟. Amen.

Hæc facultas aliter concedenda est in vltimo Congressu, quando dimittetur Capitulum, videl. sequentibus verbis.

Do autem omnibus, & singulis Patribus, ac Fratribus

bus totius nostræ Religionis, *vel*, totius nostræ Prouinciæ, auctoritatem meam, vt præsentes scilicet postquam ad eorum loca reuersi fuerint, & absentes, cum hoc illis constiterit, intra octo dies possint eligere Sacerdotem idoneum ipsius nostræ Religionis, *vel*, ipsius nostræ Prouinciæ, à quo in foro conscientiæ semel tantum valeant absolui ab omnibus peccatis, censuris, & pœnis, quemadmodum à me possent absolui. † In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. ℟. Amen.

Pro speciali nunc pœnitentia Sacerdotes dicant semel: Laudate Dominum omnes gentes &c. Non Sacerdotes verò: Pater noster, & Aue Maria &c. *secreto*.

Rit. 3. *Preces dicendæ in simplici Congressu, stantibus cunctis.*

℣. ADiutorium † nostrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit cœlum, & terram.
℣. Benedicite. ℟. Deus † Dominus vos benedicat, & ab omni malo defendat, & ad vitam perducat æternam, & fidelium animæ per misericordiam Dei requiescant in pace.
℟. Amen.
℣. Exaudiat nos omnipotens, & misericors Dominus.
℟. Et secundum multitudinem miserationum suarum respiciat nos.

OREMVS.

ACtiones nostras, quæsumus Domine, adspirando præueni, & adiuuando prosequere; vt cuncta nostra oratio, & operatio à te semper incipiat, & per te

te cœpta finiatur. Per Chriſtum Dominum noſtrum.
℟. Amen.

Aliæ Preces dicendæ in ſimplici Congreſſu, ſtantibus cunctis. Rit. 41

P *Pſalmus*: Ad te leuaui oculos meos &c. infra §. 2. *cum Antiphona*: Qui habitas in cœlis miſerere nobis. *Vel Pſalmus*: Qui confidunt in Domino &c. infra §. 3. *cum Antiphona*: Benefac Domine bonis, & rectis corde. *Poſtea*: Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon. Pater noſter &c. *ſecretò, & capite inclinato*.

℣. Et ne nos inducas in tentationem.
℟. Sed libera nos à malo.
℣. Faciem tuam illumina ſuper ſeruos tuos.
℟. Et doce nos iuſtificationes tuas.
℣. Memento congregationis tuæ.
℟. Quam poſſediſti ab initio.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum.
℟. Et cum ſpiritu tuo.

OREMVS.

MEntes noſtras, quæſumus Domine, lumine tuæ claritatis illuſtra; vt, quæ agenda ſunt videre poſſimus, & quæ recta ſunt, agere valeamus.

Omnipotens ſempiterne Deus, qui ſacro Verbi tui oraculo promiſiſti, vbi duo, vel tres in nomine tuo congregati eſſent, te medium fore: adeſto cœtui noſtro propitius, & cor noſtrum tua gratia reple miſeri-

cors, vt à veritatis semita nullatenus aberremus, sed rectum iustitiæ tuæ tramitem in omnibus teneamus. Per eumdem Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Rit. 5. *Preces dicendæ in grauiori Congressu, genibus, aut flexis, aut erectis, sicut dicitur in proprijs locis.*

HYmnus: Veni, Creator Spiritus &c. infra §. 5. *Postea.*

℣. Emitte spiritum tuum, & creabuntur.
℟. Et renouabis faciem terræ.
℣. Adiutor noster esto, ne derelinquas nos.
℟. Nequè despicias nos, Deus salutaris noster.
℣. Fiat misericordia tua, Domine, super nos.
℟. Quemadmodum sperauimus in te.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

Præsidens erectus.

O R E M V S.

DEus, qui corda fidelium sancti Spiritus illustratione docuisti: da nobis in eodem spiritu recta sapere, & de eius semper consolatione gaudere.

Actiones nostras, quæsumus Domine, adspirando præueni, & adiuuando prosequere; vt cuncta nostra oratio, & operatio à te semper incipiat, & per te cœpta finiatur.

Adesto supplicationibus nostris, omnipotens Deus; & quibus fiduciam sperandæ pietatis indulges, interceden-

cedente beato Patre Augustino Confessore tuo, atquè Pontifice, consuetæ misericordiæ tribue benignus effectum. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Preces dicendæ in grauissimo electiuo Congressu, flexis genibus. Rit. 6.

HYmnus: Veni, Creator Spiritus &c. infra §. 5. *Postea.*

℣. Emitte spiritum tuum, & creabuntur.
℟. Et renouabis faciem terræ.
℣. Adiutor noster esto, ne derelinquas nos.
℟. Nequè despicias nos, Deus salutaris noster.
℣. Fiat misericordia tua, Domine, super nos.
℟. Quemadmodum sperauimus in te.
℣. Suscitet nobis Dominus Sacerdotes fideles.
℟. Qui iuxta cor tuum, & animam tuam sint.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

Præsidens surgat, & dicat.

O R E M V S.

DEus, qui corda fidelium &c. vt supra.

Actiones nostras, quæsumus Domine &c. vt supra.

Adesto supplicationibus &c. vt supra, *omissa conclusione*: Per Christum &c. *sed addita sequenti Oratione pro electionibus tum Procuratoris Ordinis, Assistentium, Prouincialium, & Priorum in Capitulo Generali, tum*

Deſinitorum, Viſitatorum, & Priorum in Capitulo Prouinciali; videl.

Supplici Domine, humilitate depoſcimus, vt Religioni noſtræ, *vel*, Prouinciæ noſtræ tales præficiat tua immenſa bonitas; qui & pro amore tuo, ac ſtudio in nos tibi ſemper ſint placiti, & tuo gregi pro ſalubri regimine ad gloriam tui nominis venerandi. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

Rit. 7. *Preces dicendæ flexis genibus paulò ante Prioris Generalis, vel Prouincialis electionem.*

ANtiphona: Qui habitas in cœlis &c. *cum Pſalmo*: Ad te leuaui oculos meos &c. infra §. 2. *Repetitur deinde Antiphona*: Qui habitas in cœlis, miſerere nobis. *Poſtea*: Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon. Pater noſter &c. *ſecretò*.

℣. Et ne nos inducas in tentationem.
℟. Sed libera nos à malo.
℣. Faciem tuam illumina ſuper ſeruos tuos.
℟. Et doce nos iuſtificationes tuas.
℣. Suſcitet nobis Dominus Sacerdotem fidelem.
℟. Qui iuxta cor ſuum, & animam ſuam ſit.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum.
℟. Et cum ſpiritu tuo.

Præ-

Præsidens surgat, & dicat.

O R E M V S.

MEntes nostras, quæsumus Domine, lumine tuæ claritatis illustra; vt, quæ agenda sunt, videre possimus; & quæ recta sunt, agere valeamus.

Supplici, Domine, humilitate deposcimus, vt Religionis nostræ, vel, Prouinciæ nostræ talem Prælatum concedat tua immensa bonitas, qui & pro amore tuo, ac studio in nos tibi semper sit placitus, & tuo gregi pro salubri regimine ad gloriam tui nominis venerandus. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Preces dicendæ stantibus cunctis pro adimpletione Capitularium Gestorum. Rit. 8.

PSalmus: Laudate Dominum omnes gentes &c. infra §. 1. *Postea.*

℣. Sit nomen Domini benedictum.

℟. Ex hoc nunc, & vsque in sæculum.

℣. Benedictus es, Domine, in firmamento cœli.

℟. Et laudabilis, & gloriosus, & superexaltatus in sæcula.

℣. Confirma hoc, Deus, quod operatus es in nobis.

℟. A templo sancto tuo, quod est in Ierusalem.

℣. Domine, exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

ORE-

OREMVS.

DEus virtutum, cuius est totum, quod est optimum, insere pectoribus nostris amorem tui nominis; & præsta in nobis Religionis augmentum: vt, quæ sunt bona, nutrias; ac pietatis studio, quæ sunt nutrita, custodias.

Tribue nobis, quæsumus Domine, auxilium gratiæ tuæ: vt, quæ te auctore facienda cognouimus, te operante impleamus. Per Christum Dominum nostrum. ℞. Amen.

Rit. 9. *Preces dicendæ stantibus cunctis post lectas Præsidentis litteras de impositione suffragiorum pro viuis, & defunctis.*

℣. Oremus pro Papa nostro. N.

℞. Dominus conseruet eum, & viuificet eum, & beatum faciat eum in terra, & non tradat eum in animam inimicorum eius.

℣. Oremus pro benefactoribus nostris.

℞. Retribuere dignare, Domine, omnibus nobis bona facientibus propter nomen tuum vitam æternam. Amen.

Deinde recitetur Psal. Ad te leuaui oculos meos &c. infra §.2. P*ostea*: Kyrie eleison. Christe eleison. Kirie eleison. Pater noster &c. *secretò, & capite inclinato.*

℣. Et ne nos inducas in tentationem.

℞. Sed libera nos à malo.

℣. Saluos fac seruos tuos.

℞. Deus meus sperantes in te.

℣. Do-

℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum.
℟. Et cum ſpiritu tuo.

OREMVS.

DEus omnium fidelium Paſtor, & Rector, famulum tuum. N. quem paſtorem Eccleſiæ tuæ præeſſe voluiſti, propitius reſpice: da ei, quæſumus, verbo, & exemplo, quibus præeſt, proficere, vt ad vitam vna cum grege ſibi credito perueniat ſempiternam.

Omnipotens ſempiterne Deus, miſerere famulo tuo Antiſtiti noſtro N. & dirige eum ſecundum tuam clementiam in viam ſalutis æternæ; vt te donante tibi placita cupiat, & tota virtute perficiat.

Quæſumus omnipotens Deus, vt famulus tuus N. Imperator noſter, vel, Rex noſter, vel, Dux noſter, vel, Princeps noſter, qui tua miſeratione ſuſcepit Imperij, vel, Regni, vel, Ducatus, vel, Principatus gubernacula, virtutum etiam omnium percipiat incrementa; quibus decenter ornatus, & vitiorum monſtra deuitare, & ad te, qui via, veritas, & vita es, gratioſus valeat peruenire.

Omnipotens ſempiterne Deus, ædificator, & cuſtos Ieruſalem ciuitatis ſupernæ: cuſtodi ciuitatem hanc cum omnibus habitatoribus ſuis, vt ſit in ea domiciliũ ſtabilitatis, & pacis.

Prætende, Domine, famulis, & famulabus tuis dexteram cœleſtis auxilij: vt te toto corde perquirant; & quæ dignè poſtulant, conſequi mereantur. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

Pre-

Rit 10. *Preces dicendæ in fine Capituli, tum Generalis, tum Prouincialis, ſtantibus omnibus poſt Verſic. 1.*

HYmnus: Te Deum laudamus, &c. infra §. 11. *Poſtea Cantores dicant, & alÿ reſpondeant.*

℣. Benedicamus Patrem, & Filium cum Sancto Spiritu.

℟. Laudemus, & ſuperexaltemus eum in ſæcula.

℣. Benedictus Dominus die quotidie.

℟. Proſperum iter faciat nobis Deus ſalutarium noſtrorum.

℣. Saluos fac ſeruos tuos.

℟. Deus meus ſperantes in te.

℣. Mitte nobis Domine auxilium de Sancto.

℟. Et de Sion tuere nos.

Deinde ſubdat Præſidens, alÿs reſpondentibus.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiſcum.

℟. Et cum ſpiritu tuo.

OREMVS.

OMnipotens ſempiterne Deus, qui dediſti famulis tuis in confeſſione veræ fidei, æternæ Trinitatis gloriam agnoſcere, & in potentia maieſtatis adorare Vnitatem: quæſumus vt eiuſdem fidei firmitate ab omnibus ſemper muniamur aduerſis.

Adeſto, Domine, ſupplicationibus noſtris, & viam famulorum tuorum in ſalutis tuæ proſperitate diſpone:

ne: vt inter omnes huius viæ, & vitæ varietates, tuo ſemper protegamur auxilio. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

Præſidens aſcendat ſuper gradus Altaris, & dicat.

℣. ADiutorium † noſtrum in nomine Domini. ℟. Qui fecit cœlum, & terram.
℣. Benedicite.
℟. Deus.

Præſidens vertat ſe ad fratres, dicens.

PAx, & benedictio Dei omnipotentis, Patris † & Filij † & Spiritus Sancti † deſcendat ſuper vos, & maneat ſemper. ℟. Amen.

Preces dicendæ cunctis ſtantibus in fine Congregationis Prouinc. Intermediæ. Rit. 11.

PSalmus: Laudate Dominum omnes gentes, &c. *Cum Verſic. Reſpon. & Oration. vt ſupra Rit.* 8. *Deinde.*
℣. Oremus pro Benefactoribus noſtris viuis, atque defunctis,
℟. Retribuere dignare, Domine, omnibus nobis bona facientibus propter nomen tuum vitam æternam. Amen.

Subinde Pſalm. Ad te leuaui oculos meos, &c. infra §. 2. *Poſtea.* Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon. Pater noſter, &c. *ſecreto, & capite inclinato.*
℣. Et ne nos inducas in tentationem.
℟. Sed libera nos à malo.

Rit 10. *Preces dicendæ in fine Capituli, tum Generalis, tum Prouincialis, ſtantibus omnibus poſt Verſic. 1.*

HYmnus: Te Deum laudamus, &c. infra §. 11. *Poſtea Cantores dicant, & alij reſpondeant.*

℣. Benedicamus Patrem, & Filium cum Sancto Spiritu.

℟. Laudemus, & ſuperexaltemus eum in ſæcula.

℣. Benedictus Dominus die quotidie.

℟. Proſperum iter faciat nobis Deus ſalutarium noſtrorum.

℣. Saluos fac ſeruos tuos.

℟. Deus meus ſperantes in te.

℣. Mitte nobis Domine auxilium de Sancto.

℟. Et de Sion tuere nos.

Deinde ſubdat Præſidens, alijs reſpondentibus.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiſcum.

℟. Et cum ſpiritu tuo.

OREMVS.

OMnipotens ſempiterne Deus, qui dediſti famulis tuis in confeſſione veræ fidei, æternæ Trinitatis gloriam agnoſcere, & in potentia maieſtatis adorare Vnitatem: quæſumus vt eiuſdem fidei firmitate ab omnibus ſemper muniamur aduerſis.

Adeſto, Domine, ſupplicationibus noſtris, & viam famulorum tuorum in ſalutis tuæ proſperitate diſpone:

ne: vt inter omnes huius viæ, & vitæ varietates, tuo ſemper protegamur auxilio. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

Præſidens aſcendat ſuper gradus Altaris, & dicat.

℣. ADiutorium † noſtrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit cœlum, & terram.
℣. Benedicite.
℟. Deus.

Præſidens vertat ſe ad fratres, dicens.

PAx, & benedictio Dei omnipotentis, Patris † & Filij, † & Spiritus Sancti † deſcendat ſuper vos, & maneat ſemper. ℟. Amen.

Preces dicendæ cunctis ſtantibus in fine Congregationis Prouinc. Intermediæ. Rit. 11.

PSalmus: Laudate Dominum omnes gentes, &c. *Cum Verſic. Reſpon. & Oration. vt ſupra Rit. 8. Deinde.*

℣. Oremus pro Benefactoribus noſtris viuis, atque defunctis,
℟. Retribuere dignare, Domine, omnibus nobis bona facientibus propter nomen tuum vitam æternam. Amen.

Subinde Pſalm. Ad te leuaui oculos meos, &c. infra §. 2. *Poſtea*. Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon. Pater noſter, &c. *ſecreto, & capite inclinato.*
℣. Et ne nos inducas in tentationem.
℟. Sed libera nos à malo.

℣. Saluos fac ſeruos tuos.
℟. Deus meus ſperantes in te.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum Spiritu tuo.

OREMVS.

Omnipotens ſempiterne Deus, ædificator, &c. vt ſupra Rit. 9. Prætende, Domine, famulis &c. ibidem.

Deinde Pſalm. De profundis clamaui, &c. infra §. 4. *Poſtea.* Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon, Pater noſter, &c. *ſecretò, & capite inclinata.*
℣. Et ne nos inducas in tentationem. ℟. Sed libera nos à malo. ℣. A porta inferi. ℟. Erue, Domine, animas eorum. ℣. Requieſcant in pace. ℟. Amen.
℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te venit. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

OREMVS.

Deus veniæ largitor, & humanæ ſalutis amator, quæſumus clemeatiam tuam, vt noſtræ Congregationis, &c. *Per eſtenſo ſenza la chiuſa.*

Fidelium Deus omnium conditor, &c. *Per eſtenſo.* Qui viuis, & regnas in ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.
Deinde.
℣. Ora pro nobis Sancta Dei Genitrix. ℟. Vt digni efficiamur &c.

℣. Ora

℣. Ora pro nobis, Sancte Pater Augustine. ℟. Ut digni efficiamur &c.

OREMUS.

PRotege Domine, familiam tuam, & gloriosæ Mariæ semper Virginis, atque beati Patris nostri Augustini patrocinio confidentem, perpetua defensione conserua. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.



RITVS PROCESSIONVM CAPITVLARIVM.

Rit. I. Processio facienda intra Ecclesiam nostram in confirmatione Prioris Generalis, vel Prouincialis nouiter electi.

Cantoribus solemniter incipientibus cum notis Hymnum: Te Deum laudamus &c. infra §. 11. *& alijs eum prosequentibus alternatim in cantu, moueatur Processio à loco Capituli ad Ecclesiam versus inferiorem partem; in qua præcedat Cruciferarius cum Cruce inter Ceroferarios cum Candelabris accensis; deinde subsequantur bini, & bini secundum ordinem consuetum fratres, & postremò Præsidens medius inter Priorem Generalem, vel Prouincialem electum à dextris, & Priorem Generalem, vel Prouincialem absolutum à sinistris, qui omnes, si transire debebunt ante Ven. Sacramentum, ibi genuflectent.*

Cum verò ad extremum Ecclesiæ apud Ianuam principalem ventum fuerit, Cruciferarius versa facie ad maius Altare parum pertransiens sistat se vna cum Ceroferarijs è regione opposita illi, per quam venit Processio, & ceteri alij successiuè transeuntes ante Crucem, quam capite inclinato salutabunt, hinc inde pariter se sistant, videl. minores propius eidem Cruci, & digniores magis propinqui ad ipsum Altare maius, sic in duas Classes diuisi, vt inter

eas

eas via quattuor ſaltem paſſuum lata ſit. Præſidens autem, & vterque Generalis, vel Prouincialis, peruenientes ad gradus Altaris genufleƈtant; ſed Præſidens in puluinari ſupraposito poſteriori gradui, & Generales, vel Prouinciales poſt gradum in puluinaribus ſuper terram poſitis, ac his genuflexis omnes item genufleƈtant in ſuis locis vbi exiſtunt.

Poſtea Cantores dicant, & alij reſpondeant.

℣. PRoteƈtor noſter aſpice Deus.
℟. Et reſpice in faciem Chriſti tui.
℣. Saluum fac ſeruum tuum, Generalem noſtrum (*vel*) Prouincialem noſtrum.
℟. Deus meus, ſperantem in te.
℣. Mitte ei Domine auxilium de Sanƈto.
℟. Et de Sion tuere eum.

Deinde Præſidens dicat, alijs reſpondentibus.

℣. DOmine, exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum.
℟. Et cum ſpiritu tuo.

Præſidens ſurgat, & dicat.

OREMVS.

OMnipotens ſempiterne Deus, qui facis mirabilia magna ſolus, prætende ſuper famulum tuum Generalem eleƈtum (*vel*) Prouincialem eleƈtum, & ſuper Prouincias illi commiſſas (*vel*) Prouinciam illi

li commissam, spiritum gratiæ salutaris, & vt in veritate tibi placeat, perpetuum ei rorem tuæ benedictionis infunde. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Rit. 2. *Processio facienda ad Capellam Pontificiam in Capitulo Generali Romæ celebrato.*

A Loco Capituli, vel à Choro, vbi fratres prius congregati fuerant, Processio mouebitur intra nostram Ecclesiam, præcedente Cruciferario cum Cruce inter duos Ceroferarios cum Candelabris accensis, sequentibus ceteris binis, & binis, iuxta ordinem consuetum, sed tamen Præside non interueniente, si Prælatus extra gremium Religionis nostræ sit, & in transitu ante maius Altare omnes item bini, & bini caput profundè inclinabunt, vel genuflectent, si Ven. Sacramentum in eo reperiatur, & à porta ipsius Ecclesiæ oculis demissis egredientes, compositè, grauiter, ac modestè per totam viam, nihil canendo incedent.

Cum verò ad Capellæ Pontificiæ aulam deuentum fuerit, cuncti se sistant ibi, donec Vesperis Completis ab vno ex cæremoniarum Magistris vocentur ad ingressum. Tunc eo ordine, quo venerunt, sed immotis tamen ibidem remanentibus Cruciferario, & Ceroferarijs, cum proportionata distantia ingrediantur Capellam, tendentes recto tramite versus Altare, & ceruicem parumper inclinatam retinentes ob Cardinalium, ac Prælatorum adstantium reuerentiam, & vbi primum duo iuniores fratres ad infimos gradus ipsius Altaris peruenerint, ibi genuflectant; deinde voluentes se ad Thronum Summi Pontificis, ter iterum genuflectere debebunt, scil. primò in gradu inferiori, secundò in gradu supremo, & tertiò ante pedes ipsius Summi

mi

mi Pontificis, deoſculando Crucem poſitam in vno, vel altero ex illis. Poſtea ſurgant, & aliquantum retrocedentes, denuò genuflectant, ac mox erecti per aliam viam ſibi à Magiſtro cæremoniarum indicatam tranſeuntes, & iterum Altari genuflectentes, vadant ad locum, in quo remanſerunt Ceroferarij, & Cruciferarius: ſicque alij omnes bini, & bini ſucceſſiuè facient vſque ad Priorem Generalem electum.

Hic autem præterea Summo Pontifici breuioribus verbis ſignificabit ſuam electionem, promittendo fidelitatem, & obedientiam erga ſanctam Sedem, & petendo benedictionem cum indulgentijs tum pro ſe, tum pro ceteris fratribus ſuis.

Quibus expletis, omnes tandem conuenientes in prædicto loco, eiſdem præcedentibus Cruciferario, & Ceroferarijs reuertantur non minus ordinatè ad Eccleſiam noſtram, & hinc debitis reuerentijs præmiſſis in monaſterium.

Proceſſio facienda ad Eccleſiam alienam in Capitulo quocumque Prouinciali, nec non in Generali, etiam ſi hòc celebrari extra Vrbem Romæ contingat. Rit. 3.

CONgregentur fratres in loco Capituli, vel in Choro, & interim parentur quattuor, vel ſex Cantores, atque Sacerdos, induti omnes pluuialibus, nec non Cruciferarius cum Cruce, & duo Ceroferarij cum Candelabris accenſis. Poſtea inde moueatur Proceſſio intra Eccleſiam noſtram, antecedente Cruciferario inter Ceroferarios, & ceteris binis, atque binis ſequentibus iuxta ordinem conſuetum, ſed ita tamen, vt in medio Proceſſionis duo Cantores incedant, & duo alij, vel quatuor in fine cum Sacerdote poſt eos; qui omnes in tranſitu ante Maius Altare

item

item bini, & bini caput profundè inclinabunt, vel genuflectent, si Ven. Sacramentum ibi sit.

In egressu verò ab ipsa Ecclesia illi duo Cantores medij cùm notis intonare poterunt Hymnum: Magne Pater Augustine &c. vt infra §. 6. *Quem alij prosequentur alternatim in duos Choros diuisi, alterum præcedentem, & alterum subsequentem eosdem Cantores. Post expletum autem præfatum Hymnum, cantent per totam viam reliquos de B.M. Monica, & Sanctis Nicolao, Guilielmo, atque Thoma infrapositis §. 7. 8. 9. & 10.*

Cum autem peruentum fuerit ad ingressum Ecclesiæ, quam petunt, intus non longè ab eius ostio Cruciferarius sistat se à dextris vna cum Ceroferarijs, & reliqui omnes successiuè transeuntes, atque Crucem salutantes, hinc inde pariter se sistant, videl. minores propius eidem Cruci, & digniores magis propinqui ad Altare Ven. Sacramenti, sic tamen in duas classes diuisi, vt inter eas via quatuor saltem passuum lata sit. Mox genuflexi omnes videl. Sacerdos cum Cantoribus super inferiorem gradum ipsius Altaris, Præsidens in puluinari super stratum, seu reclinatorium, si sit Prælatus, sin minus, super puluinare tantum, vterque Generalis, vel Prouincialis item super puluinaria, & super terram alij, parum perorent in silentio. Deinde surgentes cantent Antiphonam, Versiculum, Responsorium, & Orationem Sancti Titularis. Postea dicant Antiphonam: Præsul Sanctissime Pater Augustine, cum Matre Monica, & Nicolao, Guilielmo, atque Thoma, nostri nunc memores estote, & nobiscum vna precemini, vt optata semper Christi salute fruamur.

Cantores ℣. Laudate Dominum in Sanctis eius.

Chorus. ℟. Laudate eum in firmamento virtutis eius.

ORE-

OREMVS.

A Cunctis nos, quæſumus Domine, mentis, & corporis defende periculis, & intercedente beato Patre noſtro Auguſtino, Confeſſore tuo, atque Pontifice, cum Matre Monica, Nicolao, Guilielmo, & Thoma, ſalutem nobis tribue mentis, & corporis; vt deſtructis aduerſitatibus vniuerſis, mente tibi, & corpore ſeruiamus. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

Poſtremò, ſi eſt ibi mos, & illi, ad quos ſpectat, non repugnent, ſe conferant in Chorum, vel in alium locum ſibi præparatum, cantent Miſsam, & infra eam, vel poſt eam fiat Concio; ſin minus, ſtatim reuertatur Proceſsio ſecundum ordinem, quo venit, ad noſtram Eccleſiam, canendo per viam eoſdem Hymnos, vel Te Deum laudamus &c. *Hicque tandem cantetur ipſa Miſsa, & habeatur Concio.*

Proceſsio facienda intra Eccleſiam noſtram in perſolutione gratiarum. Rit. 4.

C*Antoribus ſolemniter intonantibus cum notis Hymnum*: Magne Pater Auguſtine &c. infra §. 6. *Aliiſque proſequentibus alternatim in cantu, moueatur Proceſsio ſecundum ordinem conſuetum, ſed tamen abſque Cruciferario, & Ceroferariis, à loco Capituli ad Eccleſiam verſus Altare Maius, quò fratres bini, & bini peruenientes debita prius facta inclinatione, vel genuflexione, ſi Ven. Sacramentum ibi reperiatur, erecti ſtabunt ante propria loca hinc inde ſibi præparata, & Præſidens medius inter vtrumque Generalem, vel Prouincialem ante inferiorem,*

gradum ipſius Altaris. Poſtea:

Cantores ℣. Ora pro nobis, Sancte Pater Auguſtine.

Chorus. Præſides. ℟. Vt digni efficiamur promiſſionibus Chriſti.

OREMVS.

ADeſto ſupplicationibus noſtris, Omnipotens Deus; & quibus fiduciam ſperandæ pietatis indulges, intercedente Beato Patre Auguſtino Confeſſore tuo, atque Pontifice, conſuetæ miſericordiæ tribue benignus effectum. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

Deinde ibi ſedeant ad ſermonem tunc habendum in viuorum commendationem, & gratiarum actionem.

Rit. 5. *Proceſſio facienda intra Eccleſiam noſtram, & Clauſtrum pro ſuffragijs Defunctorum in Generali, & Prouinciali Capitulo.*

SVb finem ſolemnis cantatæ Defunctorum Miſſæ cum Diacono, Subdiacono, Magiſtro cæremoniarum, Acolytho miniſtrante, duobus Ceroferarijs, & duobus Cantoribus paratis, ipſi Ceroferarij vadant in Sacriſtiam, vbi tunc parabitur ſecundus Acolythus, & ſimul iſti tres inde ad Altare deferant, quæ ſequuntur, videl. alter Ceroferarius Pluuiale nigrum pro Celebrante; alter Crucem pro Subdiacono; & Acolythus Vas aquæ benedictæ cum Aſperſorio.

Poſt Completam Miſſam celebrans, facta Altari reuerentia in medio, retrahat ſe ad cornu Epiſtolæ, ac ibi depoſita Caſula, & Manipulo, induatur Pluuiali nigro per Ceroferarium delato; nec non depoſitis item Manipulis in Credentia, Subdiaconus accipiat Crucem ſibi ab altero

Cero-

Ceroferario deportatam, atque Diaconus vna cum Thuriferario subministret incensum celebranti, nullis osculis præmissis (quod etiam infra seruabitur) & celebrans more solito illud ponat in Thuribulo cum benedictione.

Interim à Choro moueatur Processio, exeuntibus binis, atque binis fratribus, & Altari debita reuerentia exhibita, secundum ordinem sibi alias præscriptum insequentibus Subdiaconum cum Cruce inter Ceroferarios cum Candelabris accensis præcedentem. Deinde fratres omnes à Choro egressos subsequentur duo Acolythi; vnus à dextris cum Vase aquæ benedictæ, & Aspersorio; & alter à sinistris cum Thuribulo, & Nauicula incensi. Postea venient duo Cantores præ manibus habentes huius Processionis librum, in quo legere possit Sacerdos, quando fuerit opus, & vltimò ipse Sacerdos cum Diacono à sinistris.

In hac verò Processione quinque stationes sunt disponendæ, sed ita tamen, vt incipiendo à cornu Epistolæ, & per girum tendendo ad cornu Euangelij, quatuor Priores fiant ad quatuor partes, siue Angulos Ecclesiæ, vel Claustri, vel alterius loci, seu aliorum locorum, in quibus existunt sepulturæ, & quinta semper terminetur ad lecticam, siue tumulum ligneum in medio ipsius Ecclesiæ positum; infrascriptis pro qualibet respectiuè cantatis precibus, ac seruatis cæremonijs, videl.

Pro Statione 1.

CVm primò incipit moueri Processio, vt supra, Cantoribus intonantibus dicentur in cantu sequentia Responsoria cum suis Versiculis, scil. à toto Choro ipsa Responsoria, & Versiculi ab eisdem Cantoribus.

℟. Credo, quod Redemptor meus viuit, & in nouissimo die de terra surrecturus sum : * Et in carne mea

videbo Deum Saluatorem meum.

℣. Quem viſurus ſum ego ipſe, & non alius, & oculi mei conſpecturi ſunt.

℟. Et in carne mea videbo Deum Saluatorem meum.

℣. Requiem æternam dona eis Domine, & lux perpetua luceat eis.

℟. Et in carne mea videbo Deum Saluatorem meum.

Cum autem deuentum fuerit ad primum ex præfatis angulis, ſubdiaconus cum Ceroferarijs ſe ſiſtat verſa facie ad Sacerdotem, & reliqui omnes ſtent ex vtraque parte verſis ad inuicem vultibus, ſed Diaconus à dextris, & Magiſter cæremoniarum à ſiniſtris ipſius Sacerdotis.

Tunc Cantores dicant: Kyrie eleiſon. *Primus Chorus*: Chriſte eleiſon. *Secundus Chorus*: Kyrie eleiſon. *Sacerdos*: Pater noſter &c. *ſecretò; ad quem totum cæteri profundè inclinabunt caput, ac deindè erecti facies vertent ad Crucem.*

Interim Diaconus receptum Aſperſorium de manibus Acolythi det Sacerdoti, eleuans ſtatim manu ſiniſtra fimbriam anteriorem Pluuialis *ipſius: qui ter aſperſo pauimento, videl. ante ſe, à ſiniſtris, & à dexteris, reddat illud Diacono, & Diaconus Acolytho. Mox idem Diaconus ſumptum Thuribulum de manu alterius Acolythi porrigat Sacerdoti, eleuans item eius Pluuiale: qui pariter incenſato ter pauimento, reſtituet ipſum Diacono, & iſte Acolytho.*

Poſtea immediatè à Sacerdote dicentur ſequentes Verſiculi cum ſua Oratione (librum miniſtrante cæremoniarum Magiſtro) & ab alijs Reſponſoria connexa, ſcil.

℣. Et ne nos inducas in tentationem.

℟. Sed libera nos à malo.

℣. A porta inferi.

℟. Erue Domine, animas eorum.

℣. Requieſcant in pace. ℟. Amen.

℣. Do-

℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum.
℟. Et cum ſpiritu tuo.

OREMVS.

PRæſta, quæſumus Domine, animabus famulorum tuorum Pontificum, ſeu Sacerdotum, misericordiæ tuæ implorata clementia: vt eius, in quo ſperauerunt, & crediderunt, æternum capiant, te miſerante, conſortium. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

Dum verò hæc dicuntur, illi duo Acolythi ex vtraque parte ſimul procedant, videl. à dextris alter cum Thuribulo, & à ſiniſtris alter cum Aſperſorio, pauimentum reſpectiuè aſpergendo, & incenſando vſque ad locum, vbi ſtant Ceroferarij; & inde Cruci facta inclinatione reuertantur è regione contraria ei, qua venerunt, pariter aſpergendo, & incenſando vſque ad ſua loca in Proceſſione; quæ ſtatim ad ſecundum angulum denuò mouebitur.

Talis autem mos in cęteris, & pro cæteris futuris ſtationibus quoad omnia ſemper obſeruari debebit, præter vltimam, quæ proprium modum retinet, ibidem ſpeciali tradendum regula.

Verum, ſi Reſponſoria mortuorum commodè fortaſſis cantari nequeant, loco ipſorum cantari poterit Hymnus eorumdem mortuorum, ſcil. Dies iræ, dies illa, &c. *Qui habetur infra* §. 12. *& poſt vnam, vel duas ſtrophas, iuxta diſtantiam angulorum dici*: Kyrie eleiſon, &c. Pater noſter &c. *vſque ad Orationem incluſiuè.*

Pro Statione II.

℟. QVi Lazarum resuscitasti à monumento fœtidum: * Tu eis, Domine, dona requiem, & & locum indulgentiæ.

℣. Qui venturus es iudicare viuos, & mortuos, & sæculum per ignem.

℟. Tu eis, Domine, &c.

Kyrie eleison. Christe eleison, &c. Pater noster, &c.

℣. Et ne nos inducas &c.

℟. Sed libera nos &c.

℣. A porta inferi. ℟. Erue Domine &c.

℣. Requiescant in pace. ℟. Amen.

℣. Domine exaudi &c. ℟. Et clamor &c.

℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

OREMVS.

SVpplices, Domine, pro animabus famulorum, famularumquè tuarum preces effundimus, obsecrantes: vt quidquid conuersatione contraxerunt humana, & clementer indulgeas, & in tuorum sede lætantium constituas Redemptorum. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Pro

Pro Statione III.

℟. NE recorderis peccata mea, Domine: * Dum veneris iudicare ſæculum per ignem.
℣. Dirige, Domine Deus meus, in conſpectu tuo viam meam.
℟. Dum veneris iudicare &c.
℣. Requiem æternam dona eis, Domine, & lux perpetua luceat eis.
℟. Dum veneris iudicare &c.
Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. &c. Pater noſter. &c.
℣. Et ne nos inducas &c.
℟. Sed libera nos &c.
℣. A porta inferi. ℟. Erue Domine &c.
℣. Requieſcant in pace. ℟. Amen.
℣. Domine exaudi &c.
℟. Et clamor meus &c.
℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

OREMVS.

DEus fidelium lumen animarum, adeſto ſupplicationibus noſtris, & da famulis, ac famulabus tuis, quorum corpora hic, & vbiquè in Chriſto requieſcunt, refrigerij ſedem, quietis beatitudinem, & luminis claritatem. Per Chriſtum Dominum noſtrum.
℟. Amen.

Pro Statione IV.

MEmento mei Deus, quia ventus eſt vita mea. * Nec aſpiciat me viſus hominis.

℣. De profundis clamaui ad te, Domine; Domine exaudi vocem meam.

℟. Nec aſpiciat me &c.

℣. Requiem æternam dona eis, Domine, & lux perpetua luceat eis.

℟. Nec aſpiciat me &c.

Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon &c. Pater noſter &c.

℣. Et ne nos inducas &c. ℟. Sed libera &c.

℣. A porta inferi. ℟. Erue Domine &c.

℣. Requieſcant in pace. ℟. Amen.

℣. Domine exaudi &c. ℟. Et clamor. &c.

℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Pro Statione V.

MOueatur proceſſio, ſiue continuetur ex parte Euangelij ad locum lectica, ſeu ad Tumulum ligneum in medio Eccleſiæ poſitum, & Subdiaconus, atquè Ceroferarij ſiſtant ſe ad illius pedes verſus inferiorem partem ipſius Eccleſiæ, conuertentes facies ſuas, & Crucifixi ad maius Altare: ceteri verò iuxta ordinem, quo venerunt hinc inde ſtent circa Tumulum, formantes duas claſſes, ſiue duas alas, ſibi ad inuicem conuerſis vultibus, & Sacerdos cum Diacono, Magiſtro cæremoniarum, Cantoribus, & Acolythis maneant ex aduerſo inter Tumulum, & Altare, ſed aliquantulum verſus cornu Epiſtolæ, ita vt directè Crucem Subdiaconi reſpiciant, nec tamen ipſi Altari terga vertant. Interim autem, quæ infra ſequuntur, modo

do solito cantentur; & sub fine Sacerdos ministrante Diacono incensum ponat in Thuribulo cum benedictione iuxta morem consuetum.

℟. Libera me Domine de morte æterna, in die illa tremenda: * Quando cœli mouendi sunt, & terra: * Dum veneris iudicare sæculum per ignem.

℣. Tremens factus sum ego, & timeo, dum discussio venerit, atque ventura ira.

℟. Quando cœli mouendi sunt, & terra.

℣. Dies illa, dies iræ, calamitatis, & miseriæ, dies magna, & amara valde.

℟. Dum veneris iudicare sæculum per ignem.

℣. Requiem æternam dona eis Domine, & lux perpetua luceat eis.

Repetitur: Libera me Domine &c. *vsquè ad Versic.* Tremens *exclusiuè. Postea* Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster &c. *secretò.*

Tunc Sacerdos sumpto Aspersorio de manu Diaconi porrigente illud Acolytho, & ipso Diacono fimbriam Pluuialis eleuante, post exhibitam Altari debitam reuerentiã, vadat ad Thumulum ex parte dextra, ter eum aspergens, scil. in capite, in medio, & in pede; ac deinde Cruci facta inclinatione se vertat ad sinistram, & item ter aspergat, scil. in pede, in medio, & in capite, regrediens illicò ad suum locum, & restituens aspersorium Diacono, qui etiam continuò id reddet Acolytho. Mox pariformiter accipiens Sacerdos Thuribulum, & consimili modo incensans, reuertatur item ad suum locum, statim quæ reddito Thuribulo dicat in cantu:

℣. Et ne nos inducas &c.

℟. Sed libera nos. &c.

℣. A porta inferi. ℟. Erue Domine &c.

℣. Requiescant in pace. ℟. Amen.

℣. Domine exaudi &c.
℟. Et clamor meus &c.
℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

OREMVS.

ABsolue, quæsumus Domine, animas fratrum, sororum, familiarium, propinquorum, & benefactorum Ordinis nostri, ab omni vinculo delictorum: vt in resurrectionis gloria inter Sanctos, & electos tuos resuscitati respirent. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

℣. Requiem æternam dona eis Domine.
℟. Et lux perpetua luceat eis.

Deinde Sacerdos submissa voce: Animę eorum, & omnium fidelium defunctorum per misericordiam Dei: *Cantores subinferant cum notis*: Requiescant in pace. ℟. Amen.

Postea uno Cantore intonante sine notis Antiphonam: Si iniquitates; *& altero Psalmum*: De profundis clamaui, &c. infra §.4. *Cæteri alternatim eum prosequantur, mota Processione ad Sacristiam secundum ordinem consuetum; intra quam terminato ipso Psalmo cum Versic.* Requiem æternam dona eis &c. *repetatur Antiphona*: Si iniquitates obseruaueris Domine, Domine quis sustinebit? *Et subiungantur* Kyrie eleison. Christe eleison. &c. Pater noster &c. *secreto, & inclinato capite*.

℣. Et ne nos inducas &c.
℟. Sed libera nos &c.
℣. A porta inferi. ℟. Erue Domine &c.
℣. Requiescant in pace. ℟. Amen.
℟. Domine exaudi &c.
℟. Et clamor meus &c.

℣. Do-

℣. Dominus vobiſcum.
℟. Et cum ſpiritu tuo.

OREMVS.

FIdelium Deus omnium Conditor, & Redemptor, animabus famulorum, famularumquè tuarum remiſſionem cunctorum tribue peccatorum: vt indulgentiam, quam ſemper optauerunt, pijs ſupplicationibus conſequantur. Per Chriſtum Dominum noſtrum.
℟. Amen.
℣. Requiem æternàm dona eis Domine.
℟. Et lux perpetua luceat eis.
℣. Requieſcant in pace. ℟. Amen.



PSALMI,

ET HYMNI CAPITVLARES,

Qui

Ad præcedentes tum Preces, tum Processiones necessarij sunt.

§. 1. *Psalmus 116.*

LAudate Dominum omnes gentes: * laudate eum omnes populi.

Quoniam confirmata est super nos misericordia eius: * & veritas Domini manet in æternum.

Gloria Patri, &c. Sicut erat &c.

§. 2. *Psalmus 122.*

AD te leuaui oculos meos, * qui habitas in cœlis.

Ecce sicut oculi seruorum, * in manibus dominorum suorum.

Sicut oculi ancilæ in manibus dominæ suæ: * ita oculi nostri ad Dominum Deum nostrum, donec misereatur nostri.

Miserere nostri Domine, miserere nostri: * quia multum repleti sumus despectione.

Quia multum repleta est anima nostra: * opprobrium abundantibus, & despectio superbis.

Gloria Patri, &c. Sicut erat &c.

Psal-

Psalmus 124. ſ. 3.

QVi confidunt in Domino, ſicut mons Sion: * non commouebitur in æternum, qui habitat in Ieruſalem.
Montes in circuitu eius: * & Dominus in circuitu populi ſui, ex hoc nunc, & vſquè in ſæculum.
Quia non relinquet Dominus virgam peccatorum ſuper ſortem iuſtorum: vt non extendant iuſti ad iniquitatem manus ſuas.
Benefac Domine bonis, * & rectis corde.
Declinantes autem in obligationes, adducet Dominus cum operantibus iniquitatem, * pax ſuper Iſrael.
Gloria Patri, &c. Sicut erat &c.

Psalmus 129.

ſ. 4.

DE profundis clamaui ad te Domine: * Domine exaudi vocem meam.
Fiant aures tuæ intendentes, * in vocem deprecationis meæ.
Si iniquitates obſeruaueris Domine: * Domine quis ſuſtinebit?
Quia apud te propitiatio eſt: * & propter legem tuam ſuſtinui te Domine.
Suſtinuit anima mea in verbo eius: * ſperauit anima mea in Domino.
A cuſtodia matutina vſque ad noctem: * ſperet Iſrael in Domino.
Quia apud Dominum miſericordia: * & copioſa apud eum redemptio.

Et

Et ipſe redimet Iſrael , * ex omnibus iniquitatibus eius .

Requiem æternam &c. Et lux perpetua &c.

§. 5. *H Y M N V S*

DE SPIRITV SANCTO.

VEni, Creator Spiritus,
Mentes tuorum viſita,
Imple ſuperna gratia,
Quæ tu creaſti pectora.
Qui diceris Paraclitus,
Altiſſimi donum Dei,
Fons viuus, Ignis, Charitas.
Et ſpiritalis vnctio.
Tu ſeptiformis munere,
Digitus Paternæ dexteræ,
Tu ritè promiſſum Patris
Sermone ditans guttura.
Accende lumen ſenſibus,
Infunde amorem cordibus,
Infima noſtri corporis
Virtute firmans perpeti.
Hoſtem repellas longius,
Pacemquè dones protinus,
Ductore ſic te præuio.
Vitemus omne noxium.
Per te ſciamus da Patrem,
Noſcamus atquè Filium
Tequè vtriuſquè Spiritum
Credamus omni tempore.

Deo

Deo Patri ſit gloria,
Et Filio, qui à mortuis
Surrexit, ac Paraclito
In ſæculorum ſæcula. Amen.

HYMNVS

§. 6.

DE P. N. DIVO AVGVSTINO.

MAgne Pater Auguſtine,
Preces noſtras ſuſcipe,
Et per eas Conditori
Nos placere ſatage,
Atquè rege gregem tuum
Summum decus præſulum.
Amatorem paupertatis
Te collaudant pauperes:
Aſſertorem veritatis
Amant veri iudices;
Frangis nobis fauos mellis,
De Scripturis differens.
Quæ obſcura prius erant,
Nobis plana faciens;
Tu de verbis Saluatoris
Dulcem panem conficis,
Et propinus potum vitæ
De Pſalmorum nectare.
Tu de Vita Monacorum
Sanctam ſcribis regulam,
Quam qui amant, & ſequuntur,
Viam tenent regiam;
Atque tuo Sancto ductu

Re-

Redeunt ad patriam.
Regi Regum salus, vita,
Decus, & imperium,
Trinitati laus, & honor.
Sit per omne sæculum;
Qui conciues nos adscribat.
Supernorum ciuium. Amen.

§. 7. HYMNVS.

DE S. M. MONICA.

TE ferant linguæ, celebrent & omnes,
Te simul totus moduletur orbis,
Sæculis cunctis memor eris ampla,
Monica, laude.
Cuius effusæ lacrymæ, precesquè
Cor tui durum, rigidumque nati,
Ad Dei magni meruere Sacrum.
Vertere cultum.
O' decus summum, pia spesquè matrum,
Certa natorum via, dux, asylum,
Dæmonum victrix, superumque cultrix,
Alma virago.
O' tibi quantas populus fidelis
Gratias debet memori sub æuo.
Quem tuis summis meritis beasti,
Candida Mater.
Quando bis mundo generasse constat,
Quem sacræ per te fidei reductum,
Denuo de te genitum fatemur,
Augustinum.

Qui

Qui tot inuictus domuit rebelles,
Tot feros veræ pietatis hoſtes:
Monſtra tot, tantam rabiem repreſſit,
Maximus vltor.
Qui tot errorum laqueos nocentes
Diſſipans, tantæ tenebraſque noctis,
Extitit nulli meritis, nec vlli
Laude ſecundus.
Laus tibi Summe Pater, atque Fili,
Quique procedis ſimul ex vtroque.
Spiritus Sancte, Deus vnus idem,
Laus tibi ſemper. Amen.

H Y M N V S.

D E S. N I C O L A O.

§. 1.

LAudibus ſummis celebremus omnes.
Regis æterni memoranda dona:
Mentibus lætis modulemur eius.
Grandia facta.
Qui dedit quondam fidei coruſcans
Sidus, ex altis orienſque cælis;
Sancta, quem mundo peperit beatum,
Monica patrem.
Ex ſuo te nunc grege procreatum
Multa poſt tandem reuoluta ſæcla,
Contulit dignum, Nicolae, nobis.
Eius alumnum.
Cuius ingentes, memoreſque geſtas
Res queat nemo ſatis explicare,
Cuius excelſas, celebreſque laudes
Nemo referre.

Diue, cæleſtiſque habitator aulæ,
Diue, qui tantis meritis opimis,
Viuis, & gaudens ſuper alta cæli,
Aſtra triumphas.
Laus Patri ſummo, genitoquè ſemper.
Quique procedit Deus ex vtroque,
Spiritus Sanctus, Deus vnus idem,
Laus tibi ſemper. Amen.

HYMNVS

§. 9. DE S. GVILELMO.

ALmæ cæleſtis Pater ipſe cætus
Particeps, noſtram miſerare ſortem.
Eſto prò nobis pius aduocatus,
Sancte Guilelme.
Antra deſerti, generis paterni
Turgidos planè titulos peroſus,
Orbis, & vanas furias petiſti,
Sacra ſecutus.
Sobriè viuens, ſimul & pudicè,
Carnis effrænos ſtimulos refrænans,
Immemor numquam propriæ ſalutis.
Ipſe fuiſti.
Sic tuis tandem meritis beatas
Occupas ſedes, fruerisque Diuum
Gloria æterna, ſine fine gaudens,
Numine Sacro.
Gloria Patri, genitæque proli,
Et tibi compar, vtriuſque ſemper,
Spiritus alme Deus vnus, omni
Tempore ſæcli. Amen.

HYM-

H Y M N V S.

DE S. THOMA VILLANOVANO. §.10.


PRoprius hìc deeſt: quia per ſacram Rituum Congregationem non dum approbatus fuit; verum approbatione ſequuta, typis ſtatim mandabitur, & infra ſub fine operis adnectetur.

H Y M N V S.

PRO GRATIARVM ACTIONE. §.11

TE Deum laudamus: * te Dominum confitemur.
Te æternum Patrem: * omnis terra veneratur.
Tibi omnes Angeli: * tibi cæli, & vniuerſæ poteſtates.
Tibi Cherubim, & Seraphim: * inceſſabili voce proclamant.
Sanctus, Sanctus, Sanctus: * Dominus Deus Sabaoth.
Pleni ſunt cœli, & terra: * maieſtatis gloriæ tuæ.
Te glorioſus Apoſtolorum chorus.
Te Prophetarum laudabilis numerus.
Te Martyrum candidatus laudat exercitus.
Te per orbem terrarum, ſancta confitetur Eccleſia.
Patrem immenſæ Maieſtatis.
Venerandum tuum verum, & vnicum Filium.
Sanctum quoque Paraclitum Spiritum.

Tu Rex gloriæ Christe.
Tu Patris sempiternus, & Filius.
Tu ad liberandum suscepturus hominem : * non horruisti Virginis vterum.
Tu deuicto mortis aculeo : * aperuisti credentibus regna cælorum.
Tu ad dexteram Dei sedes : * in gloria Patris.
Iudex crederis esse venturus.
Te ergo quæsumus, famulis tuis subueni : * quos precioso sanguine redemisti.
Aeterna fac cum Sanctis tuis : * in gloria numerari.
Saluum fac populum tuum Domine : * & benedic hæreditati tuæ.
Et rege eos : * & extolle illos vsque in æternum.
Per singulos dies, benedicimus te.
Et laudamus nomen tuum in sæculum: * & in sæculum sæculi.
Dignare Domine die isto : sine peccato nos custodire.
Misereri nostri Domine : * miserere nostri.
Fiat misericordia tua Domine super nos : * quemadmodum sperauimus in te.
In te Domine speraui: * non confundar in æternum.



HYM-

HYMNVS.

PRO DEFVNCTIS. *f. 12.*

Dies iræ, dies illa,
Soluet ſæclum in fauilla:
Teſte Dauid cum Sibylla.
Quantus tremor eſt futurus,
Quando Iudex eſt venturus,
Cuncta ſtrictè diſcuſſurus.
Tuba mirum ſpargens ſonum
Per ſepulchra regionum,
Coget omnes ante thronum.
Mors ſtupebit, & natura,
Cum reſurget creatura,
Iudicanti reſponſura.
Liber ſcriptus proferetur,
In quo totum continetur,
Vnde mundus iudicetur.
Iudex ergo cum ſedebit,
Quidquid latet, apparebit:
Nil inultum remanebit.
Quid ſum miſer tunc dicturus?
Quem patronum rogaturus?
Cum vix iuſtus ſit ſecurus.
Rex tremendæ maieſtatis,
Qui ſaluandos ſaluas gratis,
Salua me fons pietatis.
Recordare IESV pie,
Quod ſum cauſa tuæ viæ:
Ne me perdas illa die.

Quæ-

Quærens me sedisti lassus:
Redemisti, crucem passus:
Tantus labor non sit cassus.
Iuste Iudex vltionis:
Donum fac remissionis
Ante diem rationis.
Ingemisco tamquam reus:
Culpa rubet vultus meus:
Supplicanti parce DEVS.
Qui Mariam absoluisti,
Et Latronem exaudisti,
Mihi quoque spem dedisti.
Preces meæ non sunt dignæ:
Sed tu bonus fac benigne,
Ne perenni cremer igne:
Inter oues locum præsta,
Et ab hœdis me sequestra,
Statuens in parte dextra.
Confutatis maledictis,
Flammis acribus addictis,
Voca me cum benedictis.
Oro supplex, & acclinis,
Cor contritum quasi cinis;
Gere curam mei finis.
Lacrymosa dies illa,
Qua resurget ex fauilla
Iudicandus homo reus.
Huic ergo parce DEVS
Pie IESV Domine,
Dona eis requiem. Amen.

TEXTVS

TEXTVS
SELECTI
CONSTITVTIONVM
AVGVSTINENSIVM.

De Capitulis, & Congregationibus Ordinis Eremitarum Diui Auguſtini.

ARGVMENTVM.

CVm ex præscripto ipsarum Constitutionum Ordinis nostri par. 3. cap. 7. num. 1. §. 1. respectiuè in Capitularibus gestis, & speciatim in definitiuis, ac electiuis iuxta Clem. VIII. Decreta communia de reformat. Regul. num. 36. hæ coram omnibus Vocalibus apertè legi mandentur. Nos eorumdem consulentes Vocalium commodo, quos illarum Textus in aliquibus Capitulorum, & Congregationum designatis Congressibus necessariò legendos pro istorum Actionibus existimauimus, hos tantum, relictis ceteris ad rem non conducentibus, selegimus, qui vt infra dispositè ordinati referentur, cum additione post eos cuiusdam Apostolici Decreti, quod in omni Capitulo publicæ lectioni obnoxium est.

TEXTVS

TEXTVS CONSTITVTIONVM AVGVSTINENSIVM.

De Capitulo Generali ex par.3.cap.3.

Pro *Act*.2. *Congress*.2.

EXpleto sermone, Prior Generalis omnibus, & singulis in virtute Sanctæ obedientiæ præcipiat, vt si quis illorum litteras habeat S.D.N. Papæ ad Capitulum directas, & legendas consignet. Hoc autem præceptum, si litteræ non ostendantur, paruo temporis interuallo ter successiuè faciat, tertia vice sub pœna excommunicationis præcipiendo, &c. §. 14. Tex.1.

Si vero quispiam huiusmodi litteras præsentauerit, volumus, & decernimus, vt illæ ab omnibus debita cum veneratione, vt decet, suscipiantur, & ibidem in Capitulo coram omnibus publicè legantur, eisque vt decet, in omnibus obediatur; ac si virtute illarum litterarum aliquis illius Capituli Præsidens institutus fuerit, is ab omnibus debita cum veneratione pro Præsidente habeatur, & Præsidentis officio fungatur tanta cum auctoritate, quantam S.D.N. Papa ei concesserit &c. §. 15. Tex.2.

Qui autem Præsidens nominatus fuerit, à Patribus circa ipsum sedentibus ad titulum Capituli deductus, Tex.3.

in superiori loco sedeat, ante quem Prior Generalis statim genuflectens, in signum obedientiæ,& reuerentiæ, manum ei reuerenter deosculetur, ac postea surgens ad sinistram Præsidentis sedeat, & post eum ordinatè sic faciant omnes Patres successiuè &c. §. 16.

Pro Act. 5. eiusd. Congressi 2.

Tex 4. PRæsidens obedientia sibi data, & habito, si sibi videbitur, sermone, de Patrum, & præcipue Prouincialis Prouinciæ, in qua Capitulum celebratur consilio, duos deputabit diuini cultus Magistros, siue Priores Capituli, &c. §. 17.

Tex. 5. De eorumdem quoque consilio tres peritos, & expertos Patres deputabit Iudices causarum omnium Capituli tam fratrum, quam sæcularium cum fratribus, &c. §. 18.

Tex. 6. Deputabit etiam eorumdem cum consilio tres Examinatores litterarum testimonialium, quas Patres Vocales à suis Prouincijs attulerint, vel ab huiusmodi Prouincijs eis missæ fuerint, qui omnem controuersiam de habentibus, seu non habentibus vocem tam actiuam, quam passiuam secundum Ordinis Constitutiones diriment &c. §. 20.

Tex 7. Deputabit similiter decem Correctores, quorum duo seruient diuini cultus Magistris; duo Iudicibus causarum; duo Patribus Diffinitorij; quatuor omnia ad victum necessaria prouidebunt, ac mensæ lectores, & seruitores destinabunt, & fratribus ad Capitulum venientibus hospitium, & refectionem assignabunt, &c. §. 21.

Pro

Pro Act. 9. Congress. 6.

CVm autem noui Generalis electionem fieri oportebit, hic modus seruabitur, videlicet. Egressis non habentibus vocem actiuam proponentur à Patre Præsidente publicè ex Vocalibus tres Patres fideles, & graues in celebranda electione prædicta, Scrutatores eligendi, quorum (si possibile fuerit) vnus erit ex Prouincijs Galliæ, alter Germaniæ, vel Angliæ, tertius ex Prouincijs Hispaniæ, vel Portugalliæ; qui statim, ac se senserint nominari, è Capitulo egrediantur, de quibus Pater Præsidens omnium Vocalium vota requirat, in quos si maior pars consenserit, Pater Præsidens eos ad se venientes iurare publicè faciet, se summam fidem seruaturos in discussione, & collatione calculorum, ac deinde confirmabit &c. §. 40. Tex 8.

Ex tunc vnusquisque Electorum in Mensa ad id præparata scribat in parua schedula nomen, & cognomen illius Patris, quem ipse in Priorem Generalem eligere voluerit, eamque mittat in Bussulam, quæ in medio Capituli erit &c. §. 43. Tex 9.

Denique Scrutatores facta prius collatione numeri Vocalium, quem notauerant, ad numerum votorum, seu vocum, quas in prædicta Bussula inuenerint, postea calculabunt numerum vocum, quas in plures diuersos Patres conuenisse repererint. Si autem in quempiam maior pars eligentium conuenerit, procedatur ad publicationem, &c. §. 44. Tex. 10.

Pro Act.2. Congress.8.

Tex.11. CVm vero electionem Procuratoris Ordinis fieri oportuerit, hic modus seruetur. Videlicet. Reuerendissimus Prior Generalis, cui præsertim ex Officio incumbit curare, vt res Ordinis nostri per prouidos, & discretos viros administrentur, & eo magis in Romana Curia per egregium aliquem, & circumspectum Procuratorem Generalem, qui eidem Patri Reuerendissimo in pertractandis Reipub. nostræ negotijs veluti dexter oculus, aut altera manus futurus sit, ad minus tres Patres Diffinitorio Capituli Generalis proponat, qui vitæ, & famæ laudabiles in Ordine sint, & præter sufficientem scientiarum notitiam, facundia etiam, atque elegantia latini sermonis polleant; ex quibus vnus per secreta suffragia à Patribus Diffinitorij eligatur, itaut in quem plura suffragia Patrum conuenerint, is pro Procuratore totius Ordinis habeatur, & à Patre Præsidente confirmetur &c. num. 1. §. 3. & 4.

Tex.12. Et licet in huiusmodi electione Priori loco sit proponendus, qui prius Magisterij gradum adeptus fuerit, si tamen contingat aliquem extra tempus generalis Capituli à Reuerendissimo Patre ad officium Procuratoris Ordinis per modum prouisionis assumptum fuisse, is reliquis omnibus in prædicta propositione præferatur, &c. num. 1. §. 4.

Pro

Pro Act.1.Congress.10.

DE Patris Presidentis mandato vnus Diffinitorum litteras omnes Diffinitorio directas accipiet, & coram omnibus predictis Patribus ipsis videntibus, & audientibus leget, alter verò eorum, quicquid ex litteris decidendum, respondendumue fuerit, in aliquo speciali quaterno seriosè notabit. Ex num.2.§.1. Tex.13.

Postea duos, aut plures eligant Diffinitorij Cancellarios fidos, ac prouidos, & qui secreta seruare norint, quos de singulis litteris nomine Diffinitorij, tam responsiuis, quam alijs sine mora expediendis informabunt &c. ex num. 2. §. 2. Tex.14.

Deinde examinandi sunt Discreti de statu Prouinciarum, vel Diffinitores, si Discreti non adsint, audiendique sunt, si aliqua proponere habent ad statum suarum Prouinciarum pertinentia, iuxta tenorem tamen litterarum testimonialium. Ex num. 3. §. 2. Tex.15.

Audiendæ preterea sunt littere referentes statum omnium Conuentuum, qui sub immediata cura Reuerendissimi Patris Generalis positi sunt. Ex num. 3. §. 3. Tex.16.

Videndæ etiam sunt rationes accepti, & expensi in toto sexennio tam per Reuerendissimum Patrem Generalem, quam per Reu. Procuratorem Ordinis, quod intelligi volumus de pecunia publici Aerarij, seu depositi, vel cuiuscumque extraordinarie collecte, quæ non sit ad cuiuslibet eorum sustentationem ordinata. Ex num. 3. §. 4. Tex.17.

Pro

Pro Act. 1. Congress. 11.

Tex. 18. VT autem fratrum discursus, & expensę nimię vitentur, ordinamus, quod nec eo anno, quo Capitulum Generale celebratur, neque etiam anno sequenti in Prouincijs Italię Capitula Prouincialia celebrentur. Quare dictis Prouincijs de Prouincialibus prouidebitur pro biennio sequenti tali modo. Ex numer. 4. §. 1.

Tex. 19 Reuerendiss. Pater Generalis, licet Pater Præsidens intersit, tanquam is, qui fratres Ordinis melius cognoscere ex officio tenetur, pro vnaquaque Prouincia tres Patres, si fieri possit, eiusdem Prouinciæ probos, ac graues proponat, non habita quidem ratione antiquioris promotionis ad Magisterium, sed potius probitatis, doctrinæ, ac experientiæ rerum, ex qubus incipiant ballotare eum, qui Priorem locum in Ordine tenet &c. Ex num. 4. §. 2.

Tex. 20. Si plures ballotulæ albæ, quam nigræ inueniantur, is electus esse censeatur, nec amplius procedatur, sin minus, secundus simili modo ballotetur. Si vero nec in secundo, nec in tertio conuenerint, Reuerendiss. Pater alios proponat, quo vsque illi Prouinciæ de Prouinciali sit prouisum. Et subinde ad aliarum Prouinciarum prouisionem similiter procedatur. Ex numer. 4. §. 4.

Tex. 21. Simili modo eligantur Priores Conuentuum Generalium Italiæ, qui suum iam biennium compleuerunt. Regentes, & familias prædictorum Conuentuum Reuerendissimus Pater instituet &c. Ex num. 4. §. 5.

Pro

Pro Act. 1. Congress. 12.

POterunt autem Diffinitorij Patres de corpore constitutionum demere, & mutare, atque Constitutiones nouas facere, si eorum prouidæ deliberationi videbitur expedire &c. §. 53. Per hos igitur præcipuè tractari debet: Si quid mutandum sit in Constitutionibus totius Ordinis, vel in Diffinitionibus aliorum Capitulorum Generalium; ac si quid de nouo diffiniendum, vel ordinandum pro morum reformatione, aut meliori totius nostræ familiæ gubernatione sit. Ex num. 3. §. 1. Tex. 22.

Deinde assignetur locus Capituli Generalis proximè celebrandi; ac si quæ sunt alia secundum exigentiam temporum tractanda, ea omnia per Patrem Præsidentem proponentur, & ab omnibus decidantur. Ex num. 4. §. 6. Tex. 23.

Quæ omnes decisiones distinctè scribantur, & in fine manu Præsidentis, & omnium aliorum subscribantur, &c. ibid. Tex. 24.

TEXTVS

TEXTVS CONSTITVTIONVM AVGVSTINENSIVM.

De Congregatione Generali.

Non extant, sed in Bullar. Ordinis traduntur, Desumpti ex Constit. 1. Clem. VIII.
Pro Assistentibus.

HAc nostra Constitutione decernimus, vt in ipso Ordine S. Augustini duo ex eiusdem Ordinis Patribus in Prioris Generalis Assistentes nuncupati, in perpetuum constitui, & deputari debeant &c. quorum consilio Prior Generalis, vt facilius, & accuratius vniuersa Ordinis negotia, quæ ad suum pertinent officiũ, expedire possit, assiduè vtatur; ipsiquè Assistentes in decernendis Ordinis negotijs perpetuò eidem assistãt, illumquè quocunquè ierit, comitentur, & Generalis ipse absquè eorum consilio nihil decernere valeat. &c. *Ex* §.4. Tex. 1.

Hi Assistentes in omnibus prædicti Ordinis negotijs votum habeant consultiuum, Priorquè Generalis pro illorum expeditione bis in hebdomada ipsis Assistentibus negotia huiusmodi communicare, eorumquè consilium super illis requirere debeat. *Ex* §. 8. Tex. 2.

In quibusdam tamen grauioribus casibus, veluti in Vicarij Generalis nominatione, Prouincialium pri- Tex. 3.

 uatio-

uatione, aut legum, ſtatutorum, & decretorum, quæ ad vniuerſum Ordinem ſpectent, promulgatione, in Commiſſarijs Generalibus alicubi inſtituendis, Viſitatoribus Prouinciarum deputandis, pœna triremium, & carceris vltra annum, aut exilij vltra biennium irroganda, aut vocis actiuæ, & paſſiuæ priuatione, alijſquè ſimilibus; ſi Aſſiſtentes prædicti fuerint concordes, & in voto contrario prædicti Generalis, tunc ſine retardatione executionis voti ipſius prioris Generalis, eius rei cognitio ad Sedem Apoſtolicam deuoluatur. Si verò contingat vota eſſe diuerſa, tunc ea ſententia præferatur, quæ à Generali magis probabitur. *Ex §. 9.*



TEXTVS

TEXTVS CONSTITVTIONVM AVGVSTINENSIVM.

De Capitulo Prouinciali par.3. cap.7.

Pro Act.2. Congress.1.

OPportuno habito verbo, Prior Prouincialis publicè ab omnibus in communi requirat, imò omnibus, & singulis Patribus in virtute sanctæ Obedientiæ præcipiat, vt si quis illorum habeat Reuerendiss. Patris litteras ad illius Prouinciæ Capitulum directas, eas protinus ostendat, & legendas consignet: hoc autem præceptum, si litteræ non ostenduntur, paruo temporis interuallo ter successiuè faciat, tertia vice sub pœna excommunicationis præcipiendo. *Ex num.*1. §.2. Tex.1.

Si verò quispiam huiusmodi litteras præsentauerit, volumus, ac decernimus, vt illis ab omnibus debita cum veneratione, vt decet, perfectè obediatur, & si virtute illarum litterarum aliquis illius Prouincialis Capituli Præsidens institutus fuerit, is ab omnibus pro Præsidente habeatur, & Præsidentis fungatur officio. *Ex num.*1. §.3. Tex.2.

Quod si huiusmodi litteræ aut nullatenus, aut tempore debito, & publicè, ac efficaciter præsentatæ non fuerint, Prior Prouincialis antiquiorem Capituli proximè Tex.3.

mè præteriti Diffinitorem inquirat, quem compertum pronunciet in isto casu esse Capituli tunc celebrandi authoritate Reuerendiss. Prioris Generalis Presidentem. *Ex num.* 1. §.4.

Tex.4. Qui verò Præsidens nominatus fuerit, genua flectat in loco suo, cui omnes Patres assurgant, & ipse Prior Prouincialis cum reuerentia accedens erigat eum, & ad titulum Capituli deductum, locum illi cedat Priorem, statimque genuflectens ante ipsum in signum obedientiæ, ac reuerentiæ manum ei reuerenter deosculetur. Postea surgens ad sinistram eius sedeat, & post eum ordinatè sic faciant successiuè omnes Patres. *Ex num.* 1. §.4.

Pro Act. 5. *eiusd. Congress.* 1.

Tex.5. AD Patris verò Præsidentis officium spectat omnibus, & singulis tam in diffinitorio, quam in communi omnium Vocalium Collegio proponendis, tractandis, ac expediendis personaliter interesse, & præesse; expedienda omnia proponere; acta omnia, & gesta decisa, electa, & deliberata determinare; ac diffinita, ordinata, statuta, & ritè facta tunc confirmare, modò tamen diffinitiones huiusmodi postea à Patre Reuerendissimo confirmentur &c. *Ex n.6.* §. 1.

Tex 6. In præsenti autem de consensu Patrum deputet tres Iudices causarum peritos, & expertos, qui ante omnia litteras discretorum examinent, ac de habentibus vocem tam actiuam, quam passiuam, omnem controuersiam dirimant. Causas etiam omnes tam Fratrum, quam secularium cum Fratribus audientes, aliaque negotia, si quæ sibi à Diffinitorio commissa fuerint, discutientes, ea, quæ pacis sunt, in omnes intendant,

dant, & quæ grauiora fuerint Diffinitorio referant, &c. *Ex num.2. §.1.*

Deputet etiam maximè de Prioris loci consilio Capituli celebrandi quatuor Rectores, quorum duo diuini cultus officium ordinent, quibusque omnibus obedire teneantur in his, quæ ad prædictum cultum pertinebunt: duo alij ad victum necessaria prouideant, & mensæ lectores, ac seruitores deputent, & Fratribus ad Capitulum venientibus in omnibus prouideri faciant, &c. *Ex num.2. §.3.* Tex.7.

Demum facta Confessione in communi genibus flexis, & data absolutione à Præsidente secundum formam in Ordine consuetam, de Capitulo egrediantur, &c. *Ex num.2. §.5.* Tex. 8.

Pro Actione 10. *Congres.* 4.

Die verò Sabbati &c. Vocalibus in Capitulo maturè cum silentio consedentibus.&c. Pater Præsidens proponat publicè in communi ex ipsis vocalibus tres Patres ex diuersis Conuentibus Prouinciæ in Scrutatores omnium electionum Capituli, eligendos per ballotulas; & in eorum confirmatione procedetur, sicut in Capitulo generali. &c. *Ex num.4. §.2.* Tex.9.

Ex tunc in electione Prioris Prouincialis vsque ad eiusdem confirmationem, præcisè,& adæquatè procedetur, sicut dictum est in Capitulo de electione Reuerendiss. Patris Generalis. &c. *Ex n.4. §.2.* Tex.10.

Non eligatur autem in Prouincialem, nisi talis, qui sit bonæ vitæ & famæ, & in sacris litteris mediocriter eruditus, ac qui aliquando in officio Prioratus per aliquod tempus laudabiliter se gesserit (Excipimus verò hac in parte Gymnasiorum Regentes, qui sua opera Tex.11.

Ordi-

Ordinem nostrum plurimum quidem iuuant, atque illustrant, haud obscurum interim de se ipsis periculū facientes, seque huiusmodi præfecturis non indignos esse re ipsa ostendentes) & qui quadraginta annorum ætatem habuerit, & laudabiliter viuendo in Ordine quindecim compleuerit annos, & qui nunquam apostatauerit. *Ex num.*4. §.1.

Tex. 12. Si tamen in iuuentute sua non propter scandalum alicuius delicti commissi, sed animi leuitate quis nostrum Ordinem semel tantum exiuerit, & reuersus quasi statim ad Ordinem, in eodem semper laudabiliter vixerit, poterit, imò debebit, Capitulum Prouinciale cum huiusmodi dispensare, vt ad omnes indifferenter obedientias Ordinis, si alias fuerit idoneus, assumatur. &c. *Ex num.*4. §.1.

Pro Act. 2. Congres. 5.

Tex. 13. EAdem die Sabbati immediatè post Nonam congregato Capitulo Vocalium, vt supra, Pater Præsidens hortabitur omnes ad electionem Diffinitorum ritè, & prouidè celebrandam per vota secreta, & vnusquisque nomina quatuor Patrum in Bussula mittet, & illi quatuor, in quos plures consenserint, pro Diffinitoribus habeantur. *Ex num.*5. §.1.

Tex. 14. Non eligantur autem in Diffinitores nec Prouincialis absolutus, neque Visitatores illius biennij præcedentis, & facta electione, primus Scrutatorum publicè illos pronunciet in Capitulo &c. *Ex num.*5. §.1.

Tex. 15. Publicabuntur etiam illi tres Patres, qui post diffinitores electos, plures, quam alij, voces habuerunt, & statim declaretur quis eorum plures habuit, vt ex illis possit aliquando suppleri defectus Diffinitorum, si casus emerserit. &c. *Ex num.*5. §.1.

Pro

Pro Act. 1. Congres. 7.

PAter Præsidens omnibus Diffinitoribus præcipiat sub pœna priuationis vocis actiuæ, & passiuæ per quinquennium sine dispensatione, vt tam ea, quæ in Diffinitorio proponi, tractari, decidi, ac fieri contigerit, quam ea, quæ super huiusmodi à quouis in ipso Diffinitorio existente prolata fuerint, nullo quouis modo absque totius Diffinitorij speciali commissione, vel licentia alicui extraneo à corpore Diffinitorij reuelent durante tempore celebrationis Capituli, nec vllo alio tempore ea, quæ vergere in detrimentum, vel infamiam alicuius, vel discordias inter Fratres possunt seminare, euomere audeant: quod obseruare omnes iurabunt ponentes manus super Sancta Dei Euangelia, & primus omnium Pater Præsidens iuret &c. *Ex nu.* 7. §. 3. Tex. 16.

Vnus autem ex Patribus Diffinitorij de Patris Præsidentis mandato, litteras omnes, ac singulas Diffinorio directas accipiet, & coram omnibus videntibus, & audientibus distinctè leget: alter verò earum quidquid ex litteris ipsis lectis decidendum, & id, quod respondendum fuerit seriosè notabit &c. *Ex num.* 7. §. 7. Tex. 17.

Postea iuxta numerum litterarum sic vnum, vel plures eligant Diffinitorij Cancellarios, siue Secretarios fidos, ac discretos, qui secreta seruare norint. &c. *Ex num.* 7. §. 7. Tex. 18.

Priori etiam Prouinciali prouideant de socio maturo, & graui, quem secum semper habeat, quando actualiter visitauerit &c. Quique vti Secretarius expeditè cunctis respondere litteris, Prouinciæ Registrum ordinare, ac in eo quæcumque notabilia distinctè, & fideli- Tex. 19.

deli-

deliter registrare valeat. &c. *Ex num.* 11. §. 1.

Tex. 20. Deputabunt etiam tres sufficientes Examinatores pro his, qui ad Confessiones audiendas, vel ad Ordines, seu studium de præsentibus erunt promouendi, qui quidem sub præstito iuramento de vniuscuiusque sufficientia Patres Diffinitorij plenè informabunt. *Ex num.* 7. §. 7.

Tex. 21. Deinde litteris rationum introituum, & expensarum legant, & calculent, atque eorum summas scribi faciant, vt Prouinciali electo postea tradantur, & cum originalibus libris Conuentuum suo tempore conferantur. &c. *Ex num.* 7. §. 7.

Tex. 22. Postea Discretos singulorum Conuentuum, vel Priores illorum Conuentuum, qui Discretos ad Capitulum non miserunt, per ordinem vocari faciant. Ipsi verò Diffinitorio referant circa statum suorum Conuentuum, quæ ad eorum officium iuxta tenorem litterarum testimonialium spectare videbuntur &c. *Ex num.* 8. §. 1.

Tex. 23. Deinde Visitatores producant litteras, siue acta, suæ Visitationis, quibus productis Prouincialis absolutus facta Patri Præsidenti debita reuerentia Diffinitorium egrediatur &c. Quod si fortè aliquis ex Prioribus ad Diffinitorium assumptus fuerit, id omnino faciat, quando sui Conuentus legenda, & iudicanda fuerit visitatio. *Ex num.* 9. §. 1.

Tex. 24 Post hæc decidatur, & diffiniatur sigillatim de omnibus, ac singulis litteris, quærelis, & petitionibus Diffinitorio delatis, quid in singulis respondendum, iudicandum, corrigendum, mandandum, statuendum, ordinandumue sit. *Ex num.* 10. §. 1.

Tex. 25. Præterea omnes diffinitiones aliorum Capitulorum eiusdem Prouinciæ, quæ in viridi fuerint obseruantia

coram

coram omnibus legantur, & si quid mutandum, delendum, vel iuxta temporum mutationes de nouo diffiniendum fuerit, mutetur, deleatur, aut diffiniatur, & quæ intacta remanserint de nouo confirmentur per aliquam clausulam generalem, & ea omnia notentur, ac subindè in libro Prouinciæ transcribantur, & manu Patris Præsidentis, & omnium de corpore Diffinitorij subscribantur &c. Ex *num.* 10. §. 1.

Pro Act. 1. *Congress.* 8.

AD institutionem verò Priorum localium Pater Præsidens, & alij Patres Diffinitorij matura diligentia procedant, adeo modestè concessa sibi potestate vtentes, vt in Priores tales præficiant, qui sint bonæ famæ, & quos ætatis maturitas, & morum grauitas commendent, & qui sint manifestè Ordinis zelatores. *Ex num.* 12. §. 2. Tex. 25.

Præter hoc, litteris Sacris eruditos Priores constituant, maximè in nobilioribus Conuentibus, & in minoribus ad minus circumspectos, & bonos. Ad præcipuarum verò domorum administrationem nemo assumatur, nisi prius in alijs Prioratus officio per aliquod tempus functus fuerit, & in eo laudabiliter se gesserit &c. *Ex num.* 12. §. 2. Tex. 26.

Neque alia officia negligenda sunt, quæ omnia nisi bonis committantur, confusio in Ordine causetur oportet &c. Ideo Patres Diffinitorij diligenter animaduertant, ne aliquis improbus, vel obseruantiæ contrarius ad officia quæcumque admittatur. *Ex num.* 12. §. 2. Tex. 27.

Ad electionem igitur Priorum antequam procedatur, iuret vnusquisque, quod in omnibus Prioribus, Tex. 28.

& in alijs Officialibus eligendis, eis semper suffragium suum dabit, quos ad huiusmodi munera subeunda magis idoneos in Domino senserit. *Ex num.* 12. §.3.

Tex.29. Postea Pater Præsidens, & Pater Prouincialis electus, & absolutus, atque primus, & secundus Diffinitor tres Patres, vel etiam plures viua voce nominabunt, vt eorum vnus in Priorem primi Conuentus eligatur ab omnibus Patribus Diffinitorij per ballotulas, eo modo, & forma, qua Patres Prouinciales eliguntur in Capitulo Generali &c. *Ex num.* 12. §.3.

Tex.30. Idem fauerit pro secundo Conuentu Pater Præsidens, & tertius, atque quartus Diffinitor cum duobus Visitatoribus, & sic de cœteris alternatim; itaut instituant pro omnibus Conuentibus Priores nullum in eodem Conuentu reeligendo, nisi prout dispositum est in hac tertia parte cap. 2. Eodem modo, & ordine eligentur Suppriores, Monialium Confessores, siue Vicarij, Magistri Nouitiorum, Sacristæ, & Procuratores Conuentuum singulorum. *Ex num.* 12. §.3.

Tex.31. Post familiarum dispositiones, si qui de nouo ad Sacerdotium, vel ad alios Sacros Ordines, ad audiendum Confessiones Sæcularium; vel ad prædicandum fuerint promouendi, hoc loco per ballotulas admittantur. *Ex num.* 12. §.3.

Tex.32. Subinde ad familiarum dispositionem, & fratrum mutationem cum sana maturitate, & cum charitate procedant, & vnicuique Conuentui Prouinciæ quoad fieri possit, de numero, & idoneitate fratrum prouideant respectiuè, prout statui Prouinciæ, & fratrum saluti, & consolationi secundum Deum viderint expedire &c. *Ex num.* 13. §.1.

Tex.33. Nominabunt quoque pro maioribus Conuentibus quatuor, & pro minoribus duos Patres Deputatos ad nego-

negotia Conuentuum cum Officialibus,& alijs tractanda: & licet Conuentus aliquis sit ingens, & nobilis, non proinde maior numerus Patrum Deputatorum requiratur, sed prædicti sufficiant &c. *Ex num.* 13. §. 3.

Si qui à Prouincia licentiandi, siue iuxta Regulæ & Constitutionum formam, ne contagione pestifera plurimos perdant, è nostra Societate proijciendi fuerint, cum dilectione hominum, & odio vitiorum hoc loco fiat. *Ex num.* 13. §. 4. Tex. 34.

Pro Act. 1. *Congress.* 9.

STrictè præcipimus omnibus, & singulis Conuentibus Prouinciæ, vt contribuant certam pecuniæ summam, quæ taxabitur in Capitulo Prouinciali per Patrem Præsidentem, & Patres Diffinitorij,& per eosdem applicabitur &c. *Ex num.* 14. §. 1. Tex. 35.

Receptionem, & prouisionem noui loci Patres Diffinitorij in solo Prioris Prouincialis arbitrio non relinquant, imò præcipimus, vt nullus locus de nouo recipiatur absque Diffinitorum consilio, & assensu, & aliquorum etiam seniorum de Prouincia &c. *Ex num.* 15. §. 1. Tex. 36.

Quæstam in Prouincia ita prudenter inter Conuentus diuidant, & de ea ita modestè, & religiosè disponant, quòd ex multitudine fratrum petentium nullum possit scandalum generari, nec fratres vnius Prouinciȩ in limitibus alterius petant absque licentia Prouincialis illius Prouinciæ, nisi fortè in eadem Ciuitate duo, vel plures fuerint Conuentus diuersarum Prouinciarum, seu Congregationum. *Ex num.* 15. §. 2. Tex. 37.

Locum etiam futuri Capituli celebrandi omnino determinent, aduertantque diligenter, ne quid deffinien- Tex. 38.

dum indiffinitum relinquant, quatenus omnibus ritè ordinatis, Prouincia tota vsque ad sequens Capitulum Prouinciale quiescere valeat in Sancta pace. Ex num. 15. §. 3.

Pro Act. 1. Congress. 10.

Tex. 39. ELigantur duo Visitatores Prouinciæ viri religiosi, & graues, & in Sacris litteris mediocriter eruditi, circumspectæ personæ, & bonæ famæ, qui non sint iuuenes in Ordine, sed saltem per quindecim annos in eo steterint, & qui nunquam cum scandalo ab Ordine apostatauerint, nec fuerint conuincti, vel confessi de aliquo vitio notabili, absque satisfactione longi temporis, vel communiter infamati, nisi canonica purgatione se purgauerint. *Ex num.* 16. §. 1. *&* 5.

Tex. 40. Horum electio fiet per vota secreta, & illi duo, in quos maior pars Vocalium conuenerit, pro Visitatoribus habeantur &c. Nolumus autem, quod aliquis de corpore Diffinitorij eligatur in Visitatorem, ne numerus Patrum Diffinitorij minuatur &c. *Ex num.* 16. §. 1. *&* 2.

Pro Act. 6. eiusdem Congress. 10.

Tex 41. SI sequenti biennio Capitulum Generale debeat celebrari, eligantur Diffinitor, & Discretus (cum eisdem ad Visitatores omnibus requisitis conditionibus) qui pro illa Prouincia ad dictum Capitulum ituri, distinctè præterea loqui ad minus latinè sciant, & ipsorum electio fiet modo supradicto, non tamen canonicè sicut Visitatores, sed ille censeatur electus in Diffinitorem, vel Discretum Capituli Generalis, in

do

quem plura suffragia conuenerint &c. *Ex num.* 16. §. 2.

Ad Diffinitoris munus, si fieri possit, hi tantum eligantur, qui Officio Prouincialatus functi iam aliquando fuerint. Cuperemus etiam, quod huiusmodi eligerentur, qui Generalis Capituli Diffinitores actenus non extiterint, itaut nemini, si fieri possit, hac in parte iniuria fieret. *Ex num.* 16. §. 3. Tex. 42.

Discreti verò Prouinciarum, siue Congregationum, semper sint studiorum Regentes, nullo ab eius munere gymnasio reiecto. Vbi autem nulla fuerint studia, eligi poterunt alij. Verum huiusmodi Constitutio in Cismontanis Prouincijs tantummodo seruetur; in Vltramontanis tamen earumdem Prouinciarum mos, & consuetudo; ita tamen, vt qui semel Diffinitoris munus, cum potuit, ac debuit, obire tenuit, ad eiusmodi officium nequaquam amplius admittatur &c. *Ex nu.* 16. §. 3. & 4. Tex. 43.

TEXTVS

TEXTVS CONSTITVTIONVM AVGVSTINENSIVM.

De Congregatione Prouinciali par. 3. cap. 8.

Pro Congress. 1. Congregat. Intermediæ.

Tex. 1. AD huiusmodi Congregationem solummodò conuenient nouem illi Venerabiles Patres, qui in Capitulo Prouinciali fuerunt de corpore Diffinitorij: ille tamen, qui in Capitulo Præsidentis Officio functus fuit, non tamquam Præsidens, sed sicut vnus ex Diffinitoribus interuenire debet, & in loco sibi competenti sedere, & ad proposita respondere: Prior autem Prouincialis Præsidentis officio fungetur in omnibus. *Ex* §.2.

Tex. 2. Si huiusmodi Venerabilis Pater, qui Præsidens in Capitulo fuit, diem suum obierit, vel quocumque alio legitimo impedimento impeditus fuerit, quominus possit ad locum Congregationis venire, Priorem ex superstibus, qui Diffinitores fuerunt præteriti biennij (qui tamen in illo præsenti biennio non sit de corpore

pore Diffinitorij, in quo casu alius, qui sequetur, erit assumendus) Prior Prouincialis aduocabit, qui in illius locum succedat. *Ex* §. 2.

Si verò Prouincialis absolutus mortuus, vel impeditus legitimè fuerit, ille loco eius substituatur, qui ante ipsum Prouinciam gubernauit proximo præcedenti biennio, ac eo etiam deficiente, retrocedatur, quo vsque de aliquo, qui iam fuerit Prouincialis, prouideatur. *Ex* §. 2. Tex. 3.

Numerus autem Diffinitorum perfici, & suppleri potest, si aliquis eorum quauis de causa defecerit, ex his Patribus, qui post ipsos Diffinitores habuerunt plures voces. Ex his autem ille, qui plures alio voces habuit, primò assumatur, & aggregetur. *Ex* §. 3. Tex. 4.

Si verò Visitatores ob casum mortis, vel impedimenti, venire nequiuerint, vocabitur primus Visitator biennij præcedentis, vel etiam ambo; & sic retrocedatur ordinatè, quo vsque de duobus Visitatoribus cuiuscumque biennij prouisum sit: quatenus ista Prouincialis Congregatio nouem Patrum numero integretur. *Ex* §. 3. Tex. 5.

Hæc eamdem habeat auctoritatem, quam habet Diffinitorium Capituli Prouincialis, nisi quod nouæ leges, vel diffinitiones pro tota Prouincia minimè condantur, nec aliqua collecta de nouo Prouinciæ imponatur; & in ea, sicut in Diffinitorio Capituli Prouincialis omninò procedatur iuxta Constitutiones Ordinis nostri. Ex §. 4. Tex. 6.

Plures non adducuntur Textus pro Intermedia Congregatione: quia speciales Capituli Prouincialis respectiuè ipsi deseruiunt, vt in eiusdem Submethodo præinsinua- Tex. 7.

nnatum est. Nulli autem pro Congregatione priuata referuntur: quia isti, sub cap. 10. par. 3. contenti, lectionem publicam non exposcunt.



TEXTVS

TEXTVS CONSTITVTIONVM AVGVSTINENSIVM.

De Capitulo, & Congregatione Conuentuali.

SPARSIM traduntur in diuersis earumdem Constitutionum partibus, & capitibus pro diuersitate rerum, ac electionum in hoc ipso Capitulo, & Congregatione Conuentuali respectiuè tractandarum, vel faciendarum; quos proinde cum in vnum simul redigi facile non fuerit, eos hic prætermissos, in proprijs Congressibus, vbi publicè legendi sunt, sigillatim designauimus, atque illorum citauimus loca.

DECRETVM

VRBANI VIII.

Publicè legendum in quouis Generali, & Prouinciali Capitulo.

DIE 14. Aprilis 1663. In Generali Congregatione Sanctæ Romanæ, & Vniuersalis Inquisitionis habita in Palatio Apostolico Montis Quirinalis coram Sanctiss. D.N.D. Vrbano Diuina prouidentia Papa VIII. ac Eminentissimis, & Reuerendissimis Dominis Sanctæ Romanæ Ecclesię Cardinalibus aduersus hæreticam prauitatem Inquisitoribus Generalibus à Sancta Sede Apostolica specialiter deputatis.

Sanctissimus Dominus Noster sedulò incumbens, vt ea, quæ salubriter Apostolicis Decretis, & Constitutionibus statuta, & ordinata sunt, præsertim quæ ad Sanctum Officium Inquisitionis contra hæreticam prauitatem pertinent, inuiolabiliter obseruentur, & omnimodam sortiantur executionem, strictè mandat, & pręcipit. Vt omnes Superiores cuiusuis Ordinis, Congregationis, Societatis, etiam de necessitate exprimendæ Regularis, aut cuiusuis alterius Instituti, etiam quantumuis exempti, & priuilegiati, teneantur sub pœna priuationis Officij, ac vocis actiuæ, & passiuæ ipso facto incurrenda, alijsque arbitrio Sanctitatis suę infligendis, in perpetuum semel saltem in

anno, ideſt feria ſexta poſt Octauam Aſſumptionis Beatæ Mariæ Virginis in publica menſa, vel in Capitulo ad hoc ſpecialiter conuocato, & inſuper in quocumque Generali, ac Prouinciali Capitulo, Conuentu, Dieta, vel alio quouis nomine nuncupato Capitulari Congreſſu, ſuos ſubditos, ac Religioſos, commonere de iniuncta omnibus obſeruantia, & executione earumdem Apoſtolicarum Conſtitutionum, & Decretorum, ad Sanctum Officium Inquiſitionis aduerſus hæreticam prauitatem pertinentium, ac præſertim.

Iulij III. Conſtit. 11. incipit. Licet à diuerſis. Contra impedientes Inquiſitores hæreticæ prauitatis in eorum Officio, aut in cauſis Inquiſitionis ſe ingerentes, eorumque complices, & fautores. Et contra ipſos Inquiſitores admittentes laicos ad criminis hæreſis cognitionem. Et Pij V. Conſtit. 82. incip. Si de protegendis. Contra occidentes, verberantes, deijcientes, aut perterre facientes quemuis ex Miniſtris Sanctiſſimi Officij Inquiſitionis, vel Epiſcoporum ad munus in ſua Diœceſi, vel Prouincia, obeuntium, vel Accuſatorem, Denunciatorem, aut Teſtem, in cauſa fidei quomodocumque productum, vel euocatum, nec non contra diripientes, expugnantes, inuadentes, incendentes, expilantes, aliòue exportantes alicuius prædictorum bona, libros, litteras, auctoritates, exemplaria, regeſta, protocolla, exempla, ſcripturas, aliaue inſtrumenta, ſiue publica, ſiue priuata, vbicumque poſita, eorumque complices, & fautores, & contra effringentes carcerem, vel cuſtodiam publicam, vel priuatam, extrahentes, vel emittentes vinctum, prohibentes capiendum, captumue eripientes, recipientes, occultantes, ſeu facultatem effugiendi dantes, ſeu id fieri iubentes, eorumque complices, & fautores,

tores,

tores, etiam effectu non secuto: nullatenus excusandos, nisi claras tantummodo probationes in contrarium adducentes, & contra intercedentes pro præfatis delinquentibus: Inflictis contra quemlibet prædictorum pœnis, quæ damnatis ex primo capite legis Iuliæ Maiestatis, eorumque filijs irrogantur, & oblata reuelantibus impunitate.

Pij IV. Constit. 31. incip. Cum sicut nuper. Contra Sacerdotes, qui Pœnitentes mulieres in actu Sacramentalis Confessionis ad inhonestos actus prouocare, & allicere tentant, & solicitant. Et Greg. XV. Constit. 34. incip. Vniuersi Dominici Gregis, ampliatiuæ circa huius criminis probationes, & extensiuæ contra Confessarios, qui personas, quæcumque illæ sint, ad inhonesta, siue inter se, siue cum alijs quomodolibet perpetranda in actu Sacramentalis Confessionis, siue ante, siue post immediatè, seu occasione, vel prætextu Confessionis, vel extra occasionem Confessionis in Confessionario, aut alio in loco ad audiendam Confessionem electo, solicitare, vel prouocare tentauerint, aut cum eis illicitos, & inhonestos sermones, siue tractatus habuerint. Et contra Confessarios non monentes eos, quos sciunt ab alijs Confessarijs solicitatos esse, vt Inquisitoribus, vel Ordinarijs solicitantes denuncient, vel docentes eos ad ita denunciandum non teneri.

Gregorij XIII. Constit. 21. incip. Officij nostri partes. De Iurisdictione Inquisitorum hæreticæ prauitatis in eos, qui ad Ordinem Presbyteratus non promoti Missas celebrant, & Sacramentaliter Confessiones audiunt. Clementis VIII. Constit. 81. incip. Etsi alias declaratoriæ pœnæ contra eos infligendæ per Iudices laicos, præuia eorum degradatione. Et Sanctitatis

suæ

ſuæ Conſtitut. 79. incipien. Apoſtolatus Officium : extenſiuæ ad minores 25. annis, dummodo vigeſimum ætatis annum compleuerint.

Sixti V. Conſtit. 17. incip. Cœli, & Terrę Creator. Contra exercentes artem Aſtrologiæ Iudiciarię, & alia quęcumque Diuinationum genera, libroſue harum artium legentes, vel tenentes. Et Sanctitatis Suæ Conſtit. 113. incip. Inſcrutabilia Iudiciorum Dei; extenſiuæ ad alia, & cum grauioribus pœnis.

Clementis VIII. Conſt. 42. incip. Cum ſicut. Contra Italos, ne extra Italiam proficiſcantur ad loca, in quibus liber, & publicus cultus, ſiue vſus Catholicæ Religionis non exiſtat, minuſque eis in locis habitent. Et Greg. XV. Conſtit. 28. incip. Romani Pontificis. Contra hæreticos, ne in locis Italię, & Inſularum adiacentium quouis prætextu commorentur, & contra eorum fautores, & receptatores.

Pauli V. Conſtit. 26. incip. Romanus Pontifex. Reuocatoriæ facultatum Superioribus quorumcumque Ordinum, & Religioſorum, quoquomodo conceſſarum, cognoſcendi cauſas ſuorum ſubditorum ad officium Sanctæ Inquiſitionis quomodolibet pertinentes.

Eiuſdem Conſtit. 97. incip. Regis pacifici. Innouatoriæ Conſtitutionum à Sixto IV. & Pio V. de Conceptione Beatæ Mariæ Virginis editarum: Impoſitionis maiorum pœnarum in tranſgreſſores à locorum Ordinarijs, & hæreticæ prauitatis Inquiſitoribus puniendos. Et Gregorij XV. Conſtit. 29. incip. Sanctiſſimus Dominus Noſter auditis. Ampliatiuæ, & declaratoriæ prohibitionis aſſerendi, Beatam Mariam Virginem conceptam eſſe in peccato originali.

Gregor. XV. Conſtit. 27. incip. Romanus Pontifex in ſpeculo reuocatoriæ quarumcumque Confeſſionum

viuæ

uiuæ vocis oraculo factarum. Et Sanctitatis Suæ constitut. extensiuæ ad quoscumque quantumuis priuilegiatos, & exemptos incip.. Alias fel. rec. Gregor. Papa XV. sub Dat. Romæ 20. Decembris 1631.

Eiusdem Constit. 40. incip. Apostolatus Officium. Et Sanctitatis Suæ Constit. 114. incip. eo modo reuocatoriæ licentiarum quarumcumque legendi, & habendi libros prohibitos.

Sanctitatis Suæ Constit. 37. incip. Sanctissimus Dominus Noster solicitè animaduertens. De imaginibus non dum à Sede Apostolica Canonizatorum, vel Beatificatorum cum Radijs, Splendoribus, aut laureolis non proponendis: Tabellis, aut luminaribus ad eorum sepulchra non apponendis, eorumque gestis, miraculis, reuelationibus, Beneficiorum impetrationibus, non publicandis, aut imprimendis.

Pariter Sanctitatis Suæ Constit. 50. incip. Sanctissimus Dominus Noster pro debito sui Pastoralis Officij. De libris vbicumque compositis, de quacumque materia tractantibus, ab his, qui degunt in statu Ecclesiastico, non transmittendis aliò, vt imprimantur, sine Vicarij, & Magistri Sacri Palatij in Vrbe, vel extra eam sine Ordinarij: & Inquisitoris, aut ab eis deputatorum licentia.

Et eiusdem Sanctitatis Suæ Constit. sub Dat. Romæ die 5. Nouembris 1631. incip. Cum sicut accepimus. Quod Constitutiones Apostolicæ in concernentibus fidem Catholicam, & Sanctæ Inquisitionis Officium hactenus editæ, & imposterum etiam super quacumque alia re edendæ, omnes Regulares quomodolibet priuilegiatos compræhendant nisi in edendis illi specialiter excipiantur.

Et insuper ijdem Superiores teneantur curare, & effice-

efficere, vt huius Decreti exempla aliquo in loco apud eos publicè affigantur, & affixa conſeruentur ita, vt ab eiſdem Subditis Religioſis omnibus videri, ac legi commodè queant: Deque huiuſmodi commonitione publico documento ſtatim certiorem facere Congregationem Sanctiſſimæ Inquiſitionis in Vrbe. Et ita mandat, & præcipit Sanctitas Sua.



EXEM-

EXEMPLARIA
DESIGNATA
SERMONVM
PHONOGRAPTORVM

Occurrentium in Capitulis, & Congregationibus Ordinis Eremitarum Diui Augustini.

ARGVMENTVM.

NON pauca inter Capitulorum, & Congregationum Actiones, tum à Præsidente, tum à Priore Generali, vel Prouinciali, tum etiam ab alijs palam denuncianda, seu dicenda, vel scribenda insinuantur, quæ tamen ibi & breuitatis causa, & ne doctissimis viris quasi verba dictare videremur, penitus omissa fecimus, illius arbitrio, & prudentia, ad quem pertinebant, singula relinquentes. Istorum ergo ferè omnium Exemplaria nunc proponenda judicauimus, vt quisque pro libito, si ea verbatim adhibere noluerit, præintentum saltem eorumdem sensum imitatione sequi possit. Quia verò nonnulla ex ipsis prolixiora sunt, hæc separatim post cetera respectiuè adducentur.

EXEM-

EXEMPLARIA SERMONVM PHONOGRAPTORVM OCCVRRENTIVM.

In Capitulo Generali. Pro Actionibus Prauijs.

Litteræ patentes de ſignificatione Capituli Generalis, ad ſingulas Prouincias, & Congregationes, atque Conuentus Generales tranſmittendæ à Priore Generali. Exép. 1.

Pro Act. 1. Prau.

MAGISTER Fr. N. totius Ordinis Eremitarũ S. Auguſtini Prior Generalis. Reuerendis Patribus, & dilectiſſimis in Chriſto Fratribus, Prioribus Prouincialibus, Vicarijs Generalibus, Prioribus localibus, Definitoribus, Viſitatoribus, Magiſtris, Regentibus, alijſquè Graduatis, & Religioſis Profeſſis eiuſdem vniuerſi Ordinis. Sal.

Cum diu expectatum iam appropinquet tempus futuri Capituli Generalis in Conuentu N. proximè celebrandi circa feſtum Pentecoſtes Anni . . . . in quo præ cæteris publicum bonum reſpicientibus grauiſſimum

Quintò, vt Priores Conuentuum Generalium item cum sigillo portent totum statum eorumdem Conuentuum per Depositarios, & duos primos Deputatos summatim redactum, atquè in Capitulo Conuentuali publicè lectum, & à Patribus consilij subscriptum.

Sextò, vt præter supradictos, & Regentes studiorum Italiæ, Parisini, ac Salmaticensis, & alios, quibus de iure votum actiuum competit, ad ipsum Capitulum nemo accedere præsumat, nisi specialiter à nobis vocatus fuerit, vel in scriptis licentiam obtinuerit, sub pœna carceris toto tempore eiusdem Capituli, & priuationis vtriusque vocis per annum, non exclusis reliquis fulminatis contra petentes Romam sine debita licentia.

Septimò, vt nullus ex venientibus, nisi cum beneplacito nostro, hanc Vrbem ingrediatur ante festiuitatem Ascensionis Dominicæ sub pœnis ad nostrum arbitrium insligendis.

Octauò deniquè, vt in quolibet Conuentu totius Ordinis nostri, pro impetrando Dei auxilio in re tanti ponderis, non solum diebus Iouis, & Sabbati præcedentibus immediatè celebritatem. Pentecostes, Missa de Spiritu Sancto solemniter cantetur, sed etiam deinde per alios continuos octo dies in Missis maioribus, ac priuatis (tantummodo exceptis in Dominica ipsius Pentecostes celebrandis) addatur Collecta: Omnipotens sempiterne Deus, qui facis mirabilia &c. Nec non post Laudes, & Vesperas flexis genibus dicatur in Choro Psal. Ad te leuaui oculos meos &c. cum suis Versic. Respon. & Oration. proprijs. A laudibus verò præfati diei Iouis vsquè ad Laudes inclusiuè dicti Sabbati recitari poterit Psal. Qui cõfidunt in Domino, &c.

cum

publicis alijs non parui momenti expediendis negotijs consultò pertractari necesse est. Quamobrem nostris ritibus satisfacere volentes, harum virtute non solum præmissa vobis omnibus,& singulis opportunè denunciamus, atquè notificamus, sed etiam respectiuè illis, ad quos pertinent, simul iniungimus, & mandamus, quæ infra sequuntur, videl. &c. vt in superioribus eiusdem generis patentibus litteris. De qua etiam re videnda sunt Exemplaria Capit. Prouin. pro Act. 1. præu. Exemp. 1. & 2.

Litteræ patentes, quibus describitur Catalogus Fratrum, Sororum, Benefactorum, & Confratrum Prouinciæ, à Prouinciali deferendæ, vel transmittendæ. Exēpl. 3.

Pro ead. Act. 1. Præu.

CAtalogus vniuersalis de Fratribus, Sororibus, ac Benefactoribus ad præsens viuentibus, nec non de ijsdem, & Confratribus post vltimum Generale Capitulum defunctis Prouinciæ N. Ordinis Eremitarum S. Augustini.

Fratres viuentes.

Conuentus N. habet Religiosos filios professos num. vigintiquinquè, & sunt infrascripti, scil.

Adm. R. P. Mag. Fr. N. &c. Exprimantur alij tituli, studia, ingenium, doctrina, probitas vitæ, opera insignia, honores, officia, dignitates &c.

R. P. Bacclaurus, vel Præsentatus Fr. N. &c.

Ven. P. Fr. N. Sacerdos &c.

Fr. N.

Sorores Claustrales defunctæ.

R.M. Soror N. Monasterij N. &c. non exprimendo tamen qualitates, nisi hæ singulares videantur. Et ita de reliquis.

Sorores extra clausuram viuentes.

In Ciuitate N. sunt num. decem, & viuunt in communi Domo.

In Terra N. sunt quatuor, & viuunt in proprijs domibus. Atquè ita de reliquis.

Sorores non Claustrales defunctæ.

Ven. Soror N. Ciuitatis N. &c.

Ven. Soror N. &c. Terræ N. Atquè ita de reliquis.

Benefactores viuentes.

Excellentiss. & Illustriss. Dom. N. qui satis locupletem dotauit Capellam in Ecclesia Conuentus nostri N. &c.

Perillustris Dominus N. qui &c. Atquè ita de reliquis.

Benefactores defuncti.

Illustriss. Dom. N. qui suos ante natos imitatus, sicut illi multa bona reliquerunt Conuentui nostro N. ita & ipse &c.

Perillustris Dom. N. qui &c. Atque ita de reliquis.

Introitus fructuum terræ, ac bestiarum totius bienniј.

Frumenti rubia &c. ————————————
Vini salmæ &c. ————————————
Olei mitreta &c. ————————————
Leguminum rubia &c. ————————————
Ordei &c. ————————————
Lignorum &c. ————————————
Carnis porcinæ &c. ————————————
Agnorum &c. ————————————
Casei &c. ————————————
Et ita de alijs campestribus redditibus, si Conuentus eos habeat.

Exitus.

Frumenti pro Familia consumpti rubia ————————
Frumenti venditi rubia ————————————
Vini pro Familia consumpti salmæ.
Vini venditi salmæ. ————————————

Sicque de alijs rebus omnibus pro Familia consumptis, & venditis ————————————

Introitus pecuniarum totius bienniј.

Ex locatione Domorum. ————————————
Ex censibus actiuis. ————————————
Ex prouentibus Sacristiæ. ————————————
Ex frumento vendito. ————————————
Ex vino vendito. ————————————

Atquè ita de cæteris pecunijs effectiuè introitatis; & in fine ponatur tota eiusdem introitus summa.

Exitus.

Pro consueta pietantia. ——————————

Pro alijs comestibilibus occasione hospitum. ——————

Pro Infirmaria. ——————————

Pro Sacristia. ——————————

Pro Officialibus. ——————————

Pro solitis Vestiarijs. ——————————

Pro resarciendis parietibus, & tectis Conuentus, Ecclesiæ, Domorum, &c. ——————————

Pro noua Fabrica &c. ——————————

Sicquè de cæteris tum ordinarijs, tum extraordinarijs expensis, si factæ sint; & in fine ponatur tota ipsius exitus summa.

Credita exigenda &c. ——————————

Debita soluenda &c. ——————————

In Deposito sunt &c. ——————————

In Granario sunt &c. ——————————

In Cella vinaria sunt &c. ——————————

In Dispensa sunt &c. ——————————

In Sacristia sunt talia Paramenta &c. talia vasa argentea &c.

Con-

Conuentus autem intra hoc biennium habuit tales meliorationes &c. vel tales diminutiones &c.

Actualis Familia.

Adm. R. P. Prior N.
Adm. R. Pater Mag. Fr. N.
R. P. Baccalaureus Fr. N.
Ven. Pater Fr. N.
Fr. N. Clericus Professus.
Fr. N. Clericus Nouitius.
Fr. N. Conuersus.

De Corpore Studij.

Adm. R. Pater Mag. Fr. N. Regens cum studentibus nūm...

In quorum fidem nos Patres Consilij huius Conuentus N. præsentes manu nostra subscriptas, & sigillo Priorali munitas dedimus in eodem Conuentu die &c. Cum ipsis Consilij Patribus primo loco se subscribat Prior Conuentus; qui etiam has litteras consignabit Patribus Definitorij.

Con-

Exẽpl.6. Litteræ patentes testimoniales de electione Definitoris, & Discreti, ab ipsis deferendæ.

Pro ead. Act. I. Prau.

IN nomine Domini: Amen. Nos infrascripti de corpore Definitorij, Prouinciæ N. Ordinis Eremitarum S. Augustini omnibus, & singulis, ad quos spectat, & spectabit tenore præsentium attestamur, qualiter in Capitulo Prouinciali nostro intra Conuentum N. nuperrimè habito, die . . Mensis . . . . . currentis Anni . . . . simul congregatis omnibus Vocalibus num. quadraginta tribus facta est per schedulas electio Definitoris, ac Discreti huius Prouinciæ pro Capitulo Generali proximè futuro, in qua electione præmissis præmittendis, seruatis seruandis, & peracto scrutinio inuentum est, quod pro Definitoriatu Pater N. habuit vota decem, & octo; Pater N. quindecim; & Pater N. decem: pro Discretatu verò Pater N. habuit vota viginti, Pater N. quatuordecim, & Pater N. nouem. Vnde iuxta Constitutiones Ordinis nostri, tamquam legitimè electi, fuerunt denunciati, & confirmati Pater N. in Definitorem, & Pater N. in Discretum præfati Capituli Generalis. In quorum fidem has sigillo Prouinciæ munitas, & nostra manu subscriptas dedimus in prædicto Conuentu N. die &c. Cui testimonio tres Patres ipsius Definitorij cum Secretario ad minus se subscribant. Verum si electio huiusmodi fiat in Congregatione intermedia, vel priuata, tenor litterarum testimonialium ita disponi poterit, scil.

In nomine &c. Nos infrascripti &c. attestamur qualiter

liter in Congregatione noſtra intermedia, vel priuata nuperrimè habita in Conuentu N. die . . . Menſis . . . . currentis Anni . . . . . ſimul congregatis nouem, vel quinque Vocalibus ipſius Definitorij,& ſeruatis ſeruandis ſucceſſiuè factæ ſunt per ballotulas electiones Definitoris,ac Diſcreti huius Prouinciæ pro futuro Generali Capitulo in Conuentu N. proximè celebrando; & in priori electione Definitoriatus Adm. R. P. Prouincialis nominauit tres Patres, ſcil.Patrem N.Patrem N.& Patrem N. quorum primo ballottato, ſed non acceptato, progreſſum eſt ad ballotationem ſecundi, videl. Patris N. qui habuit quinquè vota, vel omnia vota, atquè ideò pro Definitore præfati Capituli Generalis legitimè denunciatus, & confirmatus fuit. In poſteriori verò electione Diſcretatus idem P. Prouincialis nominauit tres alios Patres. ſcil. Patrem N. Patrem N.& Patrem N. quorum primus ballotatus, videl. Pater N. cum habuerit omnia vota, pro Diſcreto eiuſdem Capituli Generalis item legitimè denunciatus, & confirmatus eſt. In quorum fidem &c.

De his autem, vel ſuprapoſitis ad maiorem cautelam fieri debent duæ copiæ originales, quarum vna Definitori, & altera Diſcreto tradatur.

Aliæ

Exēpl.6. Aliæ Patentes litteræ teſtimoniales eiuſdem generis; ſed compromiſſoriæ.

Pro ead. Act. 1. Prau.

IN nomine Domini: Amen. Nos infraſcripti Patres Definitorij Prouinciæ N. Ordinis Eremitarum S. Auguſtini omnibus, & ſingulis, ad quos ſpectat, & ſpectabit, tenore præſentium notificamus, & atteſtamur, qualiter in Capitulo Prouinciali noſtro intra Conuentum N. nunc habito, die . . Menſis . . . . currentis Anni . . . . omnes Patres Vocales capitulariter ſimul conuenientes ad eligendos Definitorem, & Diſcretum huius Prouinciæ pro futuro Capitulo Generali proximè celebrando in Conuentu N. cum propter locorum diſtantiam nulla eſſet ſpes mittendi præfatos Definitorem, & Diſcretum ex hac eadem Prouincia, ſeruatis ſeruandis per ſecreta ſuffragia nullo penitus diſcrepante compromiſerunt, noſque compromiſimus, & compromittimus Reuerendo Patri N. Prouinciæ N. conceſſa ei totali facultate ad hunc effectum neceſſaria, quatenus communi nomine omniũ noſtri eligere poſſit, ſeu conſtituere, ac deputare in Definitorem, & Diſcretum eiuſdem Prouinciæ noſtræ pro dicto Capitulo Generali reſpectiuè duos Religioſos Ordinis noſtri ſibi bene viſos, & requiſitis conditionibus præditos, vel etiam ſe ipſum pro vno ex dictis officijs, & alium præinſinuatum Religioſum pro altero, ſicut ei placuerit. Quibus ſic electis, conſtitutis, ac deputatis nunc pro tunc ijdem Patres Vocales tradiderunt, & nos tradidimus, atquè tradimus reſpe-

respectiuè omnem potestatem, & auctoritatem, quam cæteri Definitores, & Discreti Prouinciæ nostræ in similibus Capitulis Generalibus tum ex lege, tum ex consuetudine quoad votum actiuum in electionibus ibidem faciendis, & quæcumquè alia munia sibi competentia, potiri solent, possunt, & debent. In quorum fidem &c. Datum in præfato Conuentu N. die, mense, & anno, vt supra.

His litteris apposito sigillo Prouinciæ se subscribant propria manu omnes Patres Definitorij cum Secretario. At verò si huiusmodi compromissum non in Capitulo Prouinciali, sed in Congregatione intermedia fieri continget, mutatis paucis mutandis seruetur idem litterarum tenor. Ille autem, cui factum est ipsum Compromissum, debet postea conficere alias patentes litteras, quibus supradictæ inserantur cum nominatione Definitoris, & Discreti à se deputati, & ad hunc effectum vti Notario publico, præsentibus Testibus.

Exemp. 7.

Litteræ clausæ de communibus petitionibus Prouinciæ, à Discreto deferendæ.

Pro ead. Act. 1. Prau.

Foris.

Sapientissimis, ac prudentissimis Patribus Definitorij Capituli Generalis, Ordinis Eremitarum Sancti Augustini, proximè celebrandi.

Romæ in Conuentu eiusdem S. Augustini.

Intus.

Sapientissimi, & prudentissimi Patres. Vt nostras partes adimpleamus, nos infrascripti componentes totum Definitorium Capituli Prouincialis, vel Congregationis intermediæ, vel priuatæ, in hac vestra Prouincia N. postremò habiti, vel habitæ, præter testimoniales patentes litteras deferendas à Reuerendis Patribus Magistro N. & Magistro N. quorum primus Definitor, & secundus Discretus ad istud Capitulum Generale in dicto Capitulo Prouinciali, vel in dicta Congregatione intermedia, vel priuata fuerunt destinati, præsentes etiam clausas Vobis transmittere necessarium existimauimus, quibus certiores Vos redderemur, sicut de facto reddimus, quatenus licet præfatis Definitori, & Discreto vnanimi consensu singulorum Vocalium respectiuè tradiderimus, & concesserimus, nec non tradamus, & concedamus omnem facultatem, ac potestatem, qua cæteri Definitores, & Discreti huius

Pro-

Prouinciæ in reliquis Capitulis Generalibus potiri consueuerunt: attamen prædictus Discretus vti noster specialis Procurator, & in eius defectum prædictus Definitor, nomine ipsius Prouinciæ non poterit Vobis proponere, seu à vobis petere, nisi ea tantum, quæ sequuntur. videl.

Pro reformatione, vel vtilitate publica totius Religionis hoc, & hoc &c.

Pro communi autem bono huius Prouinciæ hoc, & hoc &c.

De his ergo cunctis expressè præmissis vel supradictum Discretum, vel eo deficiente supradictum Definitorem proponentem, & petentem benignè à Vobis exaudiri, dummodò id opportunum iudicetis, nobis gratissimum erit. Si verò aliquid aliud pro parte nostra, vel nostre Prouinciæ vnus, vel alter illorum proposuerit, & petierit, neuter vllatenus audiri debebit. Interim autem suppliciter Deum exoramus, vt vos incolumes seruet, atquè vestros Capitulares omnes actus in sua pace disponat, & ad finem deducat perfectum. Datum &c.

Quibus omnes de corpore Definitorij se subscribent, nisi forsan datæ fuerint in Congregatione priuata: tunc enim illi tantum se subscribere debent, qui tamquam Vocales interfuerunt.

At verò si Patres Definitorij nihil petere velint, post ista verba (potiri consueuerunt) sic dicatur: Verumtamen prędictus Discretus, vel in eius defectum prędictus Definitor nomine ipsius Prouincię nihil petere debebit, cum id non habeant in mandatis. Interim autem suppliciter Deum exoramus, &c.

Exemp. 8. Alię consimiles litteræ clausæ, à Discreto per compromissum electo deferendę.

Pro ead. Act. 1. Pran.

SApientissimi, & prudentissimi Patres. Vt nostras partes adimpleamus, nos infrascripti componentes totum corpus Definitorij huius vestrę Prouincię N. præter testimoniales patentes litteras, quibus in Capitulo nostro Prouinciali nuperrimè habito, vel in Congregatione nostra intermedia postremò habita Reuerendo Patri N. Prouinciæ N. vnanimi consensu singulorum Vocalium per secreta suffragia compromisimus auctoritatem deputandi, seu constituendi Definitorem, & Discretum pro hac nostra Prouincia venturos ad istud Capitulum Generale, præsentes etiā clausas vobis transmittere necessarium existimauimus, per quas certiores vos redderemus, sicut de facto reddimus, quatenus licet præfatis Definitori, ac Discreto sic deputandis, & constituendis respectiuè tradiderimus, & concesserimus, nec non tradamus, & concedamus omnem facultatem, & potestatem, qua ceteri Definitores, & Discreti nostræ Prouinciæ in reliquis Capitulis Generalibus potiri consueuerunt: attamen non intendimus, nec volumus, quod talis Discretus, & in eius defectum talis Definitor possit nomine huius eiusdem Prouinciæ vobis proponere, seu à vobis petere, nisi ea tantum, quæ sequuntur, videlicet &c. vt supra

ſupra. Hæ autem litteræ primò tranſmittendæ ſunt ad Compromiſſarium, qui deinde illas Diſcreto conſignabit deferendas ad Capitulum Generale.



Tabu-

Pro Act.8. Prau.

Tabula peragendorum extra secretos Congressus in præsenti Capitulo Generali.

Officiales.

R. Pater N. de N. } Priores Capituli.
R. Pater N. de N. }
R. Pater N. de N. Præfectus Disputationum.
R. Pater N. &c. } Rectores diuini cultus, & Magistri
R. Pater N. &c. } cœremoniarum.
R. Pater N. &c. Rector gestorum Capitularium.
R. Pater N. &c. }
R. Pater N. &c. } Rectores Capituli quoad proui-
R. Pater N. &c. } siones domesticas.
R. Pater N. &c. }

Alij minores Officiales, & Subministri, ac Lectores, & Seruitores mensæ relinquuntur arbitrio ipsorum Rectorum.

Ven. Pater N. &c. }
Ven. Pater N. &c. } Cantores Assistentes.
Ven. Pater N. &c. }
Ven. Pater N. &c. }

Pu-

Publicæ functiones Capitulares.

DOm. 3. post Pascham Resurrectionis: R. Pater N. mane Concionem habebit.

Dom. 4. R. Pater N. mane Concionem habebit.

Dom. 5. R. Pater N. mane Concionem habebit, & R. Pater N. Regens N. vesperi Disputationem tuebitur.

Iouis die festo Ascensionis Domini: R. Pater N. mane concionem habebit, & R. Pater N. Regens N. vesperi Disputationem tuebitur.

Fer. 6. R. P. N. mane concionem habebit, & R. Pater N. Regens N. vesperi disputationem tuebitur.

Die Sabbati: R. Pater N. mane concionem habebit, & R. Pater N. Regens N. vesperi Disputationem tuebitur.

Dom. infra octauam Ascensionis: R. Pater N. mane concionem habebit; & R. Pater N. Regens N. vesperi Disputationem tuebitur.

Fer. 2. R. Pater N. mane concionem habebit; & R. Pater N. Regens N. vesperi Disputationem tuebitur.

Fer. 3. R. Pater N. mane concionem habebit; & R. Pater N. Regens N. vesperi Disputationem tuebitur.

Fer. 4. R. Pater N. mane concionem habebit; & R. Pater N. Regens N. vesperi Disputationem tuebitur.

Fer. 5. Reuerendiss. Pater N. Prior Generalis Missam cantabit de Spiritu Sancto.

R. Pater N. Diaconus, & R. Pater N. Subdiaconus erunt.

Dein-

Deinde R. Pater N. concionem habebit.
Fer.6. R. Pater N. mane funebrem ſermonem habebit.

Poſtea recitabitur Officium Defunctorum.

SVbinde R. Pater N. Miſſam cantabit pro Fratribus, Sororibus, Familiaribus, Propinquis, & Benefactoribus defunctis ordinis noſtri.

Ven. Pater N. Diaconus, & Ven. Pater N. Subdiaconus erunt.

Completa Miſſa fiet Proceſſio ſolemnis per Clauſtra, & Eccleſiam pro ipſis defunctis.

Veſperi R. Pater N. Regens N. Diſputationem tuebitur.

Die Sabbati: R. Pater N. loco Præſidentis Miſſam cantabit de Spiritu Sancto.

Ven. Pater N. Diaconus, & Ven. Pater N. Subdiaconus erunt.

Deinde R. Pater N. ſermonem habebit de electionibus.

Poſt Veſperas fiet Proceſſio ad Cappellam Pontificiam.

Dominica Pentecoſtes: Reuerendiſs. Pater N. Prior Generalis electus Miſſam cantabit.

Reu. Pater N. Diaconus & R. Pater N. Subdiaconus erunt.

R. Pater N. mane concionem habebit: & R. Pater N. Regens N. Veſperi Diſputationem tuebitur.

Fer. 2. Pentecoſtes: Adm. R. Pater N. Miſſam cantabit.

R. Pater N. Diaconus & Ven. Pater N. Subdiaconus erunt.

R. P. N. mane concionem habebit; & R. Pater N. Regens

gens

gens N. vesperi Disputationem tuebitur.
Fer. 3. Pentecostes : Adm. R. Pater N. &c.
R. Pater N. Diaconus, & Ven. Pater N. &c.
R. Pater N. mane &c. & R. Pater N. &c.
Fer. 4. R. Pater N. &c.
Ven. Pater N. Diaconus, & Ven. Pater N. &c.
R. Pater N. Regens N. vesperi Disputationem tuebitur.
Fer. 5. R. Pater N. &c.
Ven. Pater N. Diaconus, & Ven. Pater N. &c.
R. Pater N. Regens N. vesperi &c.
Fer. 6. R. Pater N. sermonem habebit in gratiarum actione, commendatis Benefactoribus viuis ; pro quorum salute exorabitur Deus, & ita dissoluetur Capitulum.

Si autem dubitari potest de approbatione Præsidentis circa aliquem ex nominandis Officialibus, pro eius nomine relinquetur spatium album, vt deinde constito de illius voluntate hoc ibi conscribatur.

EXEMPLARIA
DESIGNATA
SERMONVM
PHONOGRAPTORVM

Occurrentium in Capitulis, &
Congregationibus Ordi-
nis Eremitarum Diui
Auguſtini.

ARGVMENTVM.

NON pauca inter Capitulorum, & Congregationum Actiones, tum à Præsidente, tum à Priore Generali, vel Prouintiali, tum etiam ab alijs palam denuncianda, seu dicenda, vel scribenda insinuantur, quæ tamen ibi & breuitatis causa, & ne doctissimis viris quasi verba dictare videremur, penitus omissa fecimus, illius arbitrio, & prudentiæ, ad quem pertinebant, singula relinquentes. Istorum ergo ferè omnium Exemplaria nunc proponenda iudicauimus, vt quisque pro libito, si ea verbatim adhibere noluerit, præintentum saltem eorumdem sensum imitatione sequi possit. Quia verò nonnulla ex ipsis prolixiora sunt, hæc separatim post cætera respectiuè adducentur.

EXEM-

EXEMPLARIA SERMONVM PHONOGRAPTORVM OCCVRRENTIVM.

In Capitulo Generali. Pro Actionibus Prauijs.

Litteræ patentes de significatione Capituli Generalis, ad singulas Prouincias, & Congregationes, atque Conuentus Generales transmittendæ à Priore Generali. Exēp. 1.

Pro Act. 1. Prau.

MAGISTER Fr. N. totius Ordinis Eremitarum S. Augustini Prior Generalis. Reuerendis Patribus, & dilectissimis in Christo, &c.

Litte-

Litteræ patentes, quibus describitur Catalogus Fratrum Sororum, Benefactorum, & Confratrum Prouinciæ, à Prouinciali deferendæ, vel transmittendæ.

Pro ead. Act. 1. Prau.

CAtalogus vniuersalis de Fratribus, Sororibus, ac Benefactoribus ad præsens viuentibus, nec non de ijsdem, & Confratribus post vltimum Generale Capitulum defunctis Prouinciæ N. Ordinis Eremitarum S. Augustini.

Fratres viuentes.

Conuentus N. habet &c.

Litteræ patentes, quibus denunciatur status Conuentuum Generalium, à Prioribus deferendæ.

Pro ead. Act. 1. Prau.

STatus biennalis de An. 1664. & 65. Conuentus Generalis N. Ordinis Eremitarum S. Augustini, summatim redactus per Depositarios, ac duos primos Deputatos, & in Capitulo Conuentuali publicè lectus.

Introitus &c.

Litte-

Litteræ patentes teſtimoniales de electione Definitoris, & Diſcreti, ab ipſis deferendæ.

Pro ead. Act. 1. Prau.

In nomine Domini &c.

Aliæ patentes Litteræ teſtimoniales eiuſdem generis, ſed compromiſſoriæ.

Pro ead. Act. 1. Prau.

In nomine Domini &c.

Litteræ clauſæ de communibus petitionibus Prouinciæ, à Diſcreto deferendæ.

Pro ead. Act. 1. Prau.

Foris.

Sapientiſſimis, ac prudentiſſimis &c.

Aliæ conſimiles Litteræ clauſæ, à Diſcreto per compromiſſum electo deferendæ.

Pro ead. Act. 1. Prau.

Sapientiſſimi, & prudentiſſimi Patres &c.

Pro

Pro Act. 8. Prau.

Tabula peragendorum extra ſecretos Congreſſus in præſenri Capitulo Generali.

Officiales.

R. Pater N.

Pro Action. Congreſ. 2.

Anteloquium Prioris Generalis in aperitione Capituli.

HAs litteras, & conciones inſtituerat ipſe componere, ac in formulam certam redactas ad ſpecimen proponere, ſed morte præuentus abſoluere non potuit. Paucas quæ extabant velut in palimpſeſto deſcriptæ, operæ pretium duximus hic exhibere.

Tabu-

Exactio iuramenti à Vocalibus in Prioris Prouincialis electione, per Præsidentem facienda; vel sola eiusdem Præsidentis simplex monitio. Exep. 1.

CVm deniquè ad nouum Priorem Prouincialem eligendum perueneriumus, Reuerendi Patres, in re tanti momenti, quæ publicum, ac præcipuum, totius Prouinciæ commodum respicit, vnumquemquè vestrum obnixè rogo, & deprecor in Domino, vt nec fauore, nec amicitia, nec timore, nec odio, nec amore ductus, à verò electionis tramite vllatenus discedere videatur, sed illum tantum eligere satagat, quem sibi testimonium conscientia perhibente, iuxta tenorem Constitutionum agnoscit meliorem, siue ad spiritualium, & temporalium ipsius Prouinciæ bonorum regimen censet fore vtiliorem. Promittitis ne iure iurando, vos non aliter facturos? Atquè cunctis respondentibus: Promittimus, & iuramus: Præsidens subiungat: Deo igitur deuotè supplicemus, vt promissa complere valeamus. Tuncquè genuflexi dicant preces assignatas in Ritib. ipsarum Precum simplic. Capitular. Rit. 7.

Verum si Præsidens exigere nolit à Vocalibus iuramentum, post illa verba (censet fore vtiliorem) immediatè subdat: Cœlesti ergò Numini deuotè supplicemus, vt quod nobis agendum est, non obscurè intelligamus, & quod inspirante diuina gratia intellexerimus, opere adimpleamus. Deinde statim genuflectentes recitent preces vt supra.

Exempl. 1. *Monitio Præsidentis ad Patres Definitorij cum exactione iuramenti de Prioribus, & Officialibus melioribus eligendis, ac de Familijs disponendis.*

IVxta tenorem prælectæ Constitutionis, Reuerendi Patres, tum ad Priorum, & Officialium electionem, tum etiam ad familiarum dispositionem modò nobis prudenter deueniendum est. Quò igitur ad Priores, quibus animarum cura incumbit, speciatim cauere debemus, ne penitus ignaros, neue vllatenus iniquos ad prioralem dignitatem extollamus. Non certè iniquos: nam si Regis ad exemplar totus componitur orbis, minus probos credimus fore subditos, cum sibi obiectam in Prælatis non aspiciunt, quam imitentur virtutis imaginem. Non etiam ignaros: quia si cœcus cœcum ducit, ambos tamdem cadere in foueam, necesse erit. Quo verò ad Officiales, quibus rei domesticæ administratio committitur, tales vtique nos ad munia seligamus oportet, qui præter fidelitatem religiosæ muniantur charitate, ita vt non propria communibus, sed communia proprijs anteponant, nec singulos æqualiter prorsus tractent, cum non æqualiter singulos valere, pro comperto habeamus. Quo denique ad familias, in harum designatione illud præsertim nobis obseruandum censeo, vt & Conuentuum statui, & Fratrum consolationi, ac saluti, quatenus in Domino expedire nouerimus, omninò prouidere satagamus. Præcipuè autem respectu Priorum, & Officialium, ne quisquam nostri forsan excusari possit, omnes iurare tenemur, nonnisi eis nos suffragium daturos, quos magis idoneos, magisque vtiles conscientia teste iudicauerimus.

Moni-

Monitio Præsidentis ad Patres Vocales, & præsertim Superiores de Capitulo culparum. Exēp. 1.

TAm ingenti sarcina grauatum prælaturæ ministerium fateri necesse est, Reuerendi Patres, vt quandoque sub ea curuentur, qui portant orbem, scil: regendi sustinent onus: nam quantò magis Prælatus in altum erigitur, tantò curis profundioribus oneratur, nec non ob eas illis mente supponitur, quibus superponitur dignitate. Hinc procul dubio fit, vt si, sacra testante Scriptura, septies in die cadit iustus; præcipuè Superioribus, quorum iustitiam plusquam Scribarum, & Pharisæorum abundare oportet, nequaquam dicere liceat: Peccatum non habemus. Quod si fortè audacter dixerint, *se ipsos vtique seducunt*, *& veritas in eis non est*. Imò Prælatorum quilibet diuino numini supplex dicere cum Regio Propheta debet: *Ab occultis meis munda me, Domine; & ab alienis parce seruo tuo*. Qui enim alijs præest, non solum de proprijs, sed quodammodo etiam de Subditorum delictis rationem Deo reddere cogitur, quasi eius crimen sit, quod illi deliquerint, cum ipse forsan minimè docuerit, cum non monuerit, cum neque in redarguendo eos, qui peccati dederint initium, sollicitus fuerit, ne contagio dispergeretur in plures. Hæc namque omnia præstare tenetur, qui Rectoris munere fungitur. Ergo vt antiqui præsertim Superiores, officiorum pondere deposito, simul & suas exonerent conscientias, agamus nunc de culpis: Quid dicitis? &c.

Exēp. 10. *Exhortatio Præsidentis ad Capitulares omnes fratres de adimplendis Capitali gestis.*

NOn tam ad Superiores, & Officiales eligendos, quàm præcipuè ad familias congruenter ordinandas, ad mores corrigendos, ad regularem disciplinam instaurandam, & denique ad Monasticam vitam reformandam, Comitia prouincialia iure merito celebrantur. Hinc sanè, cum ea respectiuè cuncta in præsenti Capitulo, sicut opus esse cognouimus, impetrato cœlesti auxilio, & consultis Patribus Vocalibus iam præstiterimus, eadem nunc percipere auribus, & opere postea complere, vestra interest, dilectissimi fratres. Vos proinde tales desidero, quales ante imperantis Dei supremum thronum illi se præferebant Spiritus Seraphici, duabus alis velantes faciem suam, duabus item pedes, & duabus volantes: desidero vos, inquam, obedientes; quatenus solertiæ pennis distentis prompti, & parati sitis in Capitularibus exequendis statutis. Ob id tamen humilitatis velamine & faciem, & pedes omninò contegatis, necesse est; scil. faciem humanæ rationis, minimè perscrutantes, quæ iuxta rerum exigentiam vobis mandantur; & pedes interioris affectus, propriæ nequaquam inseruientes, sed alienæ magis parentes voluntati. Non absimiles quidem vos spero futuros, ita vt ne dum percuriosè audiatis, sed etiam sollicitè, modestè, alacriter, & & spontè obseruetis, quidquid à Capitulo præceptum, seu determinatum modò publicè legetur. Ad hunc ergo finem diuinam sic exoremus Maiestatem.

Laudate Dominum omnes gentes, &c. vt in Ritib. Precum simplic. Capit. Rit. 8.

Exẽpl.3.

Monitio Præsidentis ad omnes Priores locales.

POst communem nostram ad omnes exhortationem, vobis præcipuè singulorum Conuentuum Prioribus, vnde in reliquam familiam, quasi à capite in membra, virtutum influxus descendit, non rememorare non possum illud Diui Patris Augustini monitum, quo iubemur habere cor vnum, & animam vnam in Deo. Hinc procul dubio rationi consentaneum est, vt qui vnius professionis vinculo adstringimur, simul in religiosæ vitæ institutis vniformes omninò inueniamur; quatenus vnitatem interius seruandam in cordibus, exterius foueat, & declaret vniformitas custodita in moribus. Vos igitur, qui alijs prę̄fecti estis, speciatim rogo, & obnixè deprecor, vt quoad diuinum cultum, regularem disciplinam, & cę̄teras Monasticas obseruantias, laudabilibus Sacri nostri Ordinis Constitutionibus, ac huius etiam nostrę Prouincię Definitionibus vos ipsos penitus conformare studeatis, ne subditi vestri vllatenus difformes appareant; siquidem vera est illa sententia: Non sic inflectere sensus humanos edicta valent, quam vita regentis.

IN-

INDEX RERVM NOTABILIVM.

A

C

Cau-

D

Defini-

E

F

I

L

Mis-

M

O

P

Q

R

Ritus

S

T

V

Voca-





ERRA-

ERRATA.

Pag. 35.	vtraque	*l.* vterque
Pag. 36.	eiuſdem	*l.* ijſdem
Pag. 38.	accedentibus	*l.* audientibus

RE-

REGESTVM.

ꝯ. A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk.

Omnes ſunt folij integri præter ꝯ. quod eſt vnum cum dimidio.





R O M AE,
Typis Philippi Mariæ Mancini. M. DC. LXIV.

SVPERIORVM PERMISSV.

